170
G 83

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

~~V:86a~~
170
G 83.
GW. 3257
CA. 239

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Baptiſte mantuani vatis excellentiſſimi. in preconiũ Roberti Seuerinatis panegyricũ Carmen. Cui Somniũ romanũ ad Andreã comitẽ adheret

¶ Aliud eiuſdem epigrãmatum opus elegantiſſimum ad Falconem

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

[illegible] ut [illegible] ... [illegible] sunt et dum [illegible]
[illegible] a [illegible] vbo theo i. video ut spectator vel deus [illegible] a dando [illegible] dat [illegible]
[illegible] in [illegible] panegyres solempnes in qua et [illegible]
[illegible] laudat [illegible] panegyrorum [illegible] laudatiuum [illegible]
[illegible] in [illegible] in latino [illegible]
[illegible] in bono et in malo [illegible] et erat [illegible] barrabas [illegible] in mala [illegible]
[illegible] in bono [illegible] capitur
[illegible] vatis [illegible] erat [illegible] vatis [illegible]
[illegible] vatis [illegible] stadio [illegible] op de [illegible]
[illegible] quodddam [illegible] plagi ut romani [illegible] plagella
[illegible] Cothurnus [illegible] quo [illegible] poete tragici [illegible] alto
[illegible] Sola sophoclea [illegible] carmina digna cothurno Sandalia sunt
[illegible] Cothurnus [illegible] Marcialis [illegible]
[illegible] pone maioris operis Cumulus [illegible] elevata [illegible]
[illegible] in [illegible] alexander [illegible] Mina
[illegible] alta [illegible] et turres [illegible] in muris [illegible]
[illegible] archilles [illegible] alexander magnus [illegible]
[illegible] o fortunate [illegible] homerum habuisti [illegible] ut autor [illegible]
[illegible] poeta [illegible] in terra [illegible] edificia [illegible]
[illegible] Poete [illegible] carmina [illegible] divina [illegible] fortuna [illegible]
[illegible] arti ut [illegible] languens [illegible]
[illegible] languor [illegible] languor [illegible] in arduo [illegible] et ad sublimia tendit [illegible]
[illegible] habet [illegible] in ardua [illegible] ad [illegible] magnos et
[illegible] laboris et sudoris [illegible] erat [illegible] ad longe [illegible]
[illegible] ad prope [illegible] dat [illegible] af dat [illegible]
[illegible] Mortua quasi morte volans [illegible] effectu [illegible] a sono [illegible]
[illegible] armiger [illegible] a [illegible] sola [illegible] fulminat
[illegible] aquila [illegible] armiger [illegible]
[illegible] in [illegible] quasi [illegible] ut [illegible] at der [illegible]
[illegible] Degeneres [illegible] timor [illegible] [illegible]
[illegible] habitabile [illegible] antra [illegible] [illegible] arcadia [illegible]
[illegible] clara [illegible] sunt [illegible] sagittis [illegible] de qua [illegible]
[illegible] in silua [illegible] sunt [illegible] hercules [illegible]
[illegible] pastor habitaunt [illegible] molorchus [illegible] qui hercule [illegible]
[illegible] molorchus
[illegible] arcadie [illegible] erat [illegible] aurea [illegible] forma [illegible]

Cerberus domuit

[illegible] a [illegible] posset [illegible] hercules [illegible] et [illegible] et [illegible]
[illegible] erat in [illegible] leonis et draconis [illegible] in medio [illegible]
[illegible] habebat [illegible] bellerophon [illegible]
[illegible] habitabile [illegible] chymeram [illegible] Centauri

Centauri [illegible]

[illegible] media [illegible] homo [illegible] altera [illegible] forma [illegible]
[illegible] terra [illegible] in terra sunt [illegible] in qua [illegible]
[illegible] amphiteatrum [illegible] quod [illegible] mundi [illegible]
[illegible] terra [illegible] Pyramides [illegible] erat [illegible]
[illegible] a lato in [illegible] tendat [illegible] in egypto [illegible] quasi [illegible]
[illegible] templum habuit [illegible] Ephesus [illegible] in qua
[illegible] ab [illegible] Cuius [illegible]
[illegible] magnitudinis sunt [illegible]
[illegible] sunt [illegible] mundi [illegible]
[illegible] mundi spectacula Mole [illegible] spectacula [illegible]
[illegible] templum [illegible] habet quod
[illegible] Hercules a regina
[illegible] habitantibus et [illegible] amazon quasi [illegible] amazonibus [illegible] bellicosi
[illegible] in sagittarum [illegible] dextras

¶ Fratris Baptiſtę Mantuani Carmelitę theologi ad clariſſimū Equitem Dominū Lodouicum Gonzalem Hiſpanum diui Jacobi Gallici commendatarium digniſſimum: in Robertum Seuerinatem panegyricum Carmen

Semideum veteres inſignia facta poetę
Meonijs vſi fidibus grandiqꝫ cothurno
E tenebris claram in lucem traxere canendo.
Propterea magni tumulum mirat⁹ Achillis
Pelleo genitore ſatus: dum moenia Troię
Littore ſigeo laceramqꝫ inuiſeret vrbem.
O fortunatum iuuenem cui carmine dixit
Meonio dici tantoqꝫ ad ſidera cantu
Contigit extolli: famaqꝫ repellere mortem.
Sed tamen in ſacros ſors eſt minus ęqua poetas.
Nam dum magna canūt heroum facta: putantur
Vana loqui: quia vulgus iners ⁊ languida corda
Dum ſublime nihil curant ⁊ ſegnia ducunt
Ocia: virtutis duriſſima pectora nunqꝫ
Cominus et fortes contrectauere lacertos.
Noctua phoebeum viſu non ſuſtinet orbem:
Hoc etiam iouis armigero putat eſſe negatum.
Sic genus hoc ex ſangue ſuis quod viribus impar
Autumat: herculeos excedere iudicat auſus.
Cedite degeneres animi: noctemqꝫ ſubite
Tartaream: ſtygijqꝫ lacus teterrima luſtra
Lumine qui tremulo claros non cernitis ignes.
Nec quales habeat virtus diſcernitis alas.
Quis lernę Nemeęqꝫ feram ſaltuſqꝫ molorchi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Quis domuit ceruam ęripedem? quis abſtulit angues
Vertice de lycij montis flāmamq; chimerę.
Et quis ſemiferis iuga dicitur hoſpita monſtris
Oppreſſiſſe? fuit labor et ſolertia tanti.
Ampla quis ex vno confecit marmore tecta
Thraicio fundata ſolo: qua magna perinthus
Ante fuit: priſcum mutauit heraclea nomen.
Ardua pyramidum quis culmina nubibus ęquat?
Quis tantis epheſum templis? quis turre Canopum
Lucifera? libycas olim quis preſſit harenas
Mole iouis tanti? quis vicit amazona fortem?
Quis lapitas: duroſq; truci leſtrigonas ore?
Alpinum quis ſtrauit iter? quis marmor aceto
Rupit et ęternis canentia ſaxa pruinis?
Hęc facit aſſiduo ſudans in puluere virtus.
Quattuor in magno rerum primordia mundo
Secretis abſtruſa locis ignotaq; regnant:
Scilicet hęc. fatum. virtus. fortuna. deuſq;.
Iura deo maiora manent. cui proxima virtus
Tertia ſors fato. cui ſe fortuna miniſtram
Exhibuit: flāmis virtus durata geluq;
Fortunam fatumq; domat. dare ſola triūphos
Et leuibus vectare rotis: intexere lauros
Frontibus et viridi raptum de ceſpite gramen
Ipſa poteſt. fuluo lucentes ęre coronas
Signaq; partitur naualibus ardua roſtris.
Et faciles myrtos exanguis pręmia belli.
Hęc monſtrare volens ſua quanta potentia: ſęclis
Plurima p̄teritis hominum ſublimia fecit
Pectora ſed noſtro non viſa minoribus ęuo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Viribus illuſtrem belli paciſqʒ Robertum
Protulit officijs: ſeſeqʒ effudit in illum.
Ipſe caput ſacrum totamqʒ ſimillimus illi
Corporis effigiem. Caſu ſi pingat apelles
Inſignem clarūqʒ ducem voluiſſe Robertum
Fingere: et exemplar ductum credetur ab illo.
Cerne virum. viden excelſę quę gloria fronti?
Quis capiti decor incano? quę gratia veſtit
Lumina? maturo quid maieſtatis in ore
Fulgeat: extantes humeros pectuſqʒ leuatum
Leniter et ſetoſa toris porrectaqʒ cerne
Brachia neruoꝝ ſolida compage ligari.
Pręſcia venturi iuſſuqʒ excita tonantis
Tale duci natura decus largita futuro eſt.
Quam bene criſtata recubant ſub caſſide crines
Quam bene ſub torace ſedent mauortia corda.
Non ęrata grauat viridem lorica ſenectam.
Non validam grauis haſta manum: non ilia fulgens
Enſis: et horrificum ſpargens romphęa nitorem.
Cum rutilare truces conos adamantaqʒ ſummo
Vertice vibrantes late diffundere flāmas
Aduerſę videre acies trepidare videres
Corda manuſqʒ virum: tremulaqʒ in ſtapede plantas
Stare loco neſcire: ducis pręſentia tanti eſt.
Sicut vbi libyę per inhoſpita rura leonem
Iratum videre ferę: ſi fidere curſu
Si tentare fugam nequeūt ante illius ora
Depoſita ceruice iacent: regemqʒ fatentur.
Nec ſemel aut vno tantum fuit agnita virtus
Iſta loco: procul europam diſcurrit in omnem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Qua premit aerias gallis in finibus alpes
Hyberno Cynoſura gelu: qua murmurat ęquor
Hadriacum: qua rura ligur ſaxoſa colonus
Exercet miteſqꝫ legit de collibus vuas
Tyrrheno ſiculoqꝫ madent vbi littora fluctu
Facta ducis celebremqꝫ ſonant ora omnia famam.
Quid referam virides annos cum venit in arma
Pene puer: patrui mores ⁊ fortia ſemper
Signa ſequens: teneras prima lanugine malas
Claudere fulgenti galea cum coepit: et armos
Delicijs rigido poſitis circūdare ferro.
Sicut Marmarici ſoboles primęua leonis
Jam pendente iuba curuis vbi fortior ętas
Vnguibus et validis armauit dentibus ora
Stare nequit: curſuqꝫ feras ſaltuqꝫ fatigat.
Sic puer vt flagrans picena per oppida fulmen
Tranſijt: et celeri fregit tot moenia marte.
Non maiora tulit virtutis ſigna futurę
Scipio: cum pauidis tranans pro ciuibus ęquor
Attulit in libycam ſtrages et funera gentem.
Quid repetam victis antiqua pericula boijs?
Scit Derdō Tanaruſqꝫ furēs Tanaroqꝫ ꝓpinquās
Eridanus: nec non inſubris flumina lambri.
Quid cum vir ſecum rapuit ſua ſigna Jacobus
Aufugiens: erat ille tamen non ſegnis: et artem
Palladiam doctus: ſumptaqꝫ acerrimus haſta.
Non marius Cimbrum maiori clade furentem
Nec marathon fudit maiori turbine perſas
Milciades quando ſubitis congreſſibus hoſtem
Fregit: et ingentem ſepeluit ſanguine campum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Adde fluentinis pugnam pro ciuibus: adde
Flaminium (poterit meminiſſe Bononia) martem
Ipſe quoq; a gallis magnos ſortitus honores
Militiam ſub rege diu tractauit et arma.
Quis canat aſſumptos olim pro rege labores
Quem modo fata premūt: quis parthenopęa per arua
Flagrantes referat pugnas: mille oppida mille
Terruit excelſis poſitas in montibus arces
Poſtq̄ ſidereo moriens Alfonſus olympo
Claruit: et magno coelum repetiuit honore:
Arnus ⁊ alphęę meminerunt humida Piſę
Moenia: cum patrio miſſus de littore miles
Daunius in tuſcos magno ruit agmine cāpos.
Scit quib⁹ immēſum traiecit pontib⁹ amnem
Luca vetus qualeſq; dedit tuba martia cantus
Scit veteris Lunę tractus nymphęq; marinę.
Cum ducis anguiferi ſtygio caput abdidit orco
Vltrici' mors acta manu cum plurima creuit
Seditio fortuna grauem meditata Roberto
Perniciem ꝟtute nouos abigente tumultus
Et fraudes retegente deo deluſa retraxit
Lora dolens: gemuitq; dolos exire latentes.
Bis patrię laturus opem: bis pulſus iniquo
Sidere: virtuti ſaltem ſatis vndiq; factū eſt.
Semper habet ventos placidū quib⁹ excitet ęquor
Aeolus: et nautis curſus fortuna ſecundos
Inuidet: et crebrū ferit alta ceraunia fulmen
Sʒ magis excelſę patuit ſolertia mentis
Cum ſeruile iugū Genuę cōtriuit ⁊ vrbem
Egregiam ligurum: terra pelagoq; potentem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

In pacem antiquam libertatemqꝫ reduxit
Quam tamen ante graui patrię ſubiecerat aſtu.
Hoc orbis miratur opus: ſuperare videtur
Id facinus tam grande fidem: ſed vidimus ipſi:
Nec tantum liuor potis eſt abſcondere lumen
Claſſica et armorum ſtrepitus ⁊ cornua rauco
Irritata ſono contortaqꝫ ſulfure ſaxa
Audiuere procul Cyrne Sardoaqꝫ tellus.
Sicut vbi auguſtus celſa ſub Leucade victor
Agmina diſiecit phario crepitantia ſiſtro.
Non animis tantum fabios valuiſſe trecentos
Qui patrię vallum ſeſe fecere: ſuoqꝫ
Corpore clauſerunt aditus hoſtilibus armis
Crediderim: nec te combuſto Sceuola trunco.
Cum furor Auſoniam nuper mauortius omnem
Subuertiſſet: opes venetę feſſumqꝫ lababat
Imperium: vires italę concordibus armis
In venetum magnos ſimul exciuere tumultus.
Arma viros fractaſqꝫ padus ſub gurgite lato
Voluit adhuc claſſes: ⁊ adhuc tinnitibus aures
Ferrarię tantis reſonant. calcata paludum
Stagna quibus vix ante fuit via piſcibus: altos
Sub quibus irato nabat padus equore pontes
Nec laudare ſatis poſſum: nec credere quenqꝫ
Poſſe reor niſi qui tantis interfuit auſis.
Non melius rhenum cęſar Rhodanumqꝫ ſonantem
Edomuit: rapidum non ſic auguſtus Araxem
Ferre iugum docuit: ripiſqꝫ adiungere ripas.
Heu quantos luctus illis quot ſęua diebus
Funera ſollicitę rapto pro pignore matres

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Accepere. ferunt atheſim per rura cruentum
Iſſe diu ripis toto moerentibus anno.
Ipſe etiam vitreis qui paſcua diuidit vndis
Mintius accepta variauit cęde colorem:
Sanguineumqꝫ bibit mixto cum puluere rorem.
Solus martis onus tanti furiaſqꝫ Robertus
Suſtinuit: ſolus tantos compeſcuit ignes.
Nec tantum Cocles nec tantum Curtius vnqꝫ
Moliri potuit. veteres ſua ſęcula laudent
Noſtra ſuis etiam non ſunt fraudanda trophęis.
Hic quandoqꝫ moras Fabij quandoqꝫ furorem
Cęſareum ſimulans vario ſtratagemate victor
Italię ſeſe ingenti prefecit honore:
Cōmunemqꝫ hoſtes ipſi fecere magiſtrum
Militię: nec eos puduit diſcedere ab armis:
Et pacem petere ⁊ palmam prebere Roberto.
Credimus officijs olim longęua daturos
Signa triumphalem venetos ingentibus arcum
Nam penes hos viuit priſcę virtutis imago
Et veteres ęquant regnis creſcentibus annos.
At nūc romanas arces gentiſqꝫ latinę
Regna quibus quondam totus non obſtitit orbis:
Et violata ſacri defendit iura ſenatus.
Ultorem hūc omnes aſſertoremqꝫ ſalutis
Aſciuere ſuę. populi quos Brucia tellus
Quos garganus alit Marſi forteſqꝫ ſabini.
Et locri quos vt fama eſt inuiſa tyrannis
Compulit indignam bellis auertere ſortem
Et diomedei ciues Dauniqꝫ nepotes:
Lucani calabriqꝫ omnes: atqꝫ hernica ſaxa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Vno oēs clamore vocāt: vnoqꝫ Robertum
Ore petūt. altis pręruptę collibus arces
Auxiliū vento explicitis inſignibꝰ orant.
Ipſe ꝑ hoſtiles latij modo fulminat agros
Parthenopē cumaſqꝫ petēs. Cataphratta ſequūtur
Agmina. iam Claniū magnus iā pulſat acerras
Clangor: et ingenti trepidat campania motu.
I. decus Italię tantoqꝫ accinge labori:
Preteritiſqꝫ nouā meritis hāc adijce laudem.
Quam delere ſequēs annis labentibus ętas
Nulla queat: quę coelo ipſo ſcribatur ⁊ aſtris
Parce tamen miſeris: nec te fortuna ſuperbum
Efficiat: caſu ꝟtus dominetur in omni.
Sꝫ quibꝰ antiquę laudis te heroibus ęquem
Auſonię cuſtos ⁊ ſcui gloria martis
Neſcio. nam paucos horum ſyncęra coronat
Fama vel vnicolor probitas ſꝫ crimine virtus
Multotiens offenſa cadit: mutatqꝫ colorem
Virgineum. ceu cum terrenam Cynthia nubem
Intrat: et amiſſo perdit ſua lumina phebo.
Cęſar vt edomito laudem fęliciter orbe
Sic meruit ſummū violata turpiter vrbe
Dedecus: atqꝫ fauis taxos iniecit amaras
Adde ꝙ e magni templo iouis impius aurum
Suſtulit: et patrio maculauit ſanguine dextram.
Tu vero patriam ſeruas: limenqꝫ paternum
Exulibus reddis quos non ſententia legum
Sꝫ liuore furor tinctus fugat herculis inſtar
Ad cōmune bonū genitꝰ. Tu templa deumqꝫ
Eximijs oneras donis. labentia multo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Reſtituis delubra ſitu. tua dextera nulla
Cęde madet. fuluūqꝫ tibi non imꝑat aurum:
Hānibali vero clades preconia noſtrę
Magna ferūt. ſed foemineis qui vicerat omnes
Vincitur illecebris: partoſqꝫ offuſcat honores.
At tu blandicijs rigidum muliebribus enſem
Et celeres preponis equos: ignaua peroſus
Ocia: continuis robur ſudoribus auges.
Sed neqꝫ tu libycam miti ſub pectore claudis
Perfidiam: Tu nāqꝫ fidem tu foedera ſeruas.
Decolor emathĳ regis canit Jndia nomen
Perpetuū: ſenſit celebrem Taprobana famam
Terra iacens noctes vbi ſol facit igneus ęquas
Sꝫ tamen ille graui quotiens erat excitus ira
Lęta cruentabat turpi cōuiuia cęde:
Atqꝫ furens aliquem comitum mucrone petebat.
At tua tam grauibus non ęſtuat ira procellis.
Nam ſubitos innata premit prudentia motus:
Et cito ſideream ſpargit clementia frontem.
Vnus adeſt cui te ſimilem tua lactea virtus
Efficit: et nulli probitas obnoxia culpę
Scipio. qui tanto felix cognomine nunq̄ꝫ
Criminis illuſtres maculauit labe triumphos.
Fama facit vos vna pares. vos vnus honeſti
Juſticię vos vnus amor: par cura pudoris
Vna gubernandi celebrat ſolertia martis.
Adde ꝙ ille mori pauper q̄ꝫ viuere auarus
Maluit; abiectis opibus ſeruiuit honori:
Mancipiū virtutis erat: quę ſumma putatur
Solaqꝫ libertas; ſunt vincula ferrea mores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Indomiti: menteſq; iugo ſcelus arcet iniquo.
Te quoq; Pompeio patrię pietatis et ęqui
Suadet honor conferre: vetat graue funeris omen.
Si te militia plures et rebus agendis
Aequiperant priſci lectis annalibus qui
Relligione parem tibi non offendimus vllum.
Tu mare tu ſiculos fluctus ⁊ limen Aceſtę
Alcinoiq; domos regnum phęacis Olyſſi
Phoebeam tu naue Rhodon petis atq; Cythera
Carpathio prętenta mari perſeaq; ſaxa
Triſtis vbi Andromade monſtris obiecta marinis
Fleuit. et ęquoreo Chriſti pręſępia curſu
Quęris vt horrendi videas caua ſaxa ſepulchri.
Nec contentus eo Nilum et memphitica regna
Tranſis: et immites arabum progreſſus ad oras
In iuga veniſti longo panchęa labore.
Cinnama per campos illic et tura leguntur:
Illa niger Nabathęus arat felicia rura
Et legit ex multa ſpirantes arbore ſuccos:
Mox iter ad ſancti pręrupta cacumina montis
Uertis: vbi duro ſtillantes marmore guttę
Diuinum teſtantur opus: quia languida morbos
Membra fugant attacta graues. hinc virginis ingens
Gloria cyprigenę totum vulgatur in orbem.
Te maris ⁊ terrę fecere pericula ſacrum
Hoc iter iſte labor ſummo te aſſcripſit olympo:
Nec ſinit hoſtiles in te ſęuire cateruas.
Quare age romuleos dux fortunate penates
Et latias tutare domos: ſuccurre tuorum
Caſibus: et miſeros ſiculis a finibus audi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Ut poſtq̄ domito florens victoria regno
Te reducem nobis dederit cum laude triūphum
Accipiens curru venias inuectus ⁊ auro
Splendidus. ⁊ niueos videas ſudare iugales
Axe ſub aurato ſparſis candentibus alta
Circum colla iubis greſſuſqꝫ audere ſuperbos
Sꝫ frenis parere tamen legemqꝫ magiſtri
Compoſito ſeruare gradu. Deſcendet ab alto
Limine ſolenni pompa plębiſqꝫ patrumqꝫ
Cinctus: et albenti gradiens in veſte ſacerdos
Maximus immenſo magnum decus addet honori.
Nec tarpea tibi rupes ſed ſumma petentur
Limina ſidereo poſuit quę Roma tonanti
Clauigeroqꝫ patri: ventis vbi cymba ſecundis
Nauigat in tutos ſpumoſa per ęquora portus.
Roma coronatos paſſim per compita funes
Ducet ⁊ extenſo claudet velamine coelum
Per celebres aulęa vias ſuſpendet: et omnis
Vicus odorato late ſpirabit amomo.
Tum tuba pacificos cantus alternaqꝫ reddet
Carmina partitis vicibus. tunc tibia dulces
Ad numeros inflabit ebur: totoqꝫ ſonabunt
Aethere plaudentes populi ſonus omnibus idem
Lęticię confuſus erit ruet vndiqꝫ magnum
Multiſonę pelagus turbę. tibi geſtiet omne
Limen: ⁊ ex alto ſpectabunt culmine matres.
In vultus cōuerſa tuos ſuſpenſa manebit
Roma diu. talem priſci videre triumphum
Paulus vbi antiquos macedum populatus honores
Alta catenatum tulit in capitolia regem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Sic precor has olim liceat mihi cernere pompas
Et cantare tuas maiori carmine laudes.
Nos tibi viuenti tantos debemus honores
Sed vitę maiora manent te dona futurę.
Quę dum flagranti cuperem cognoſcere voto
Oraſſemq; diu ſuperos ariſq; dediſſem
Candida cum gemitu lucentibus orgia flammis
Ipſa nec ambiguis tandem monſtrata figuris
Et miro ſunt viſa modo. dum palladis humor
Paſceret ardentem lychnum ſuſpenſa tenebam
In multam vigilans noctem vix lumina ſomno
Aſpergente graues lęthęo flumine ſenſus.
Siue ſopor ſeu mens exceſſu capta profundo
Egerit hoc: tolli in magnam ſum viſus olympi
Sublimemq; dei patriam: quo nubila noſtram
Nulla ferunt noctem. coeleſti lumine virgo
Circumfuſa caput ſacrum: frontemq; ſerenam:
Cui fulgens inſigne rotę. cui lucida nubes
Ex humeris prolapſa pedes currebat in imos.
Multimodiſq; fluens ſinibus criſpabat amictum
Qualem nulla poteſt hominum ſolertia filo
Texere nec viuos imitans pictura colores
Fingere. dux erat iſta mihi: duxitq; per orbes
Aethereos magni monſtrans miracula mundi.
Dum procul a terris quantum ſe tollit in altum
Pelion aut magni vertex ſublimis olympi
Per tenebras noctis mediumq; per aera nobis
Eſſet iter quędam pallenti corpore formę
Ora quibus ſuccenſa: leues in tergore pennę.
Unguibus harpyis ſimiles ſine voce leuarunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Ingentes alas: rapidoqꝫ abiere volatu.
Sicut cum magno paſcentes agmine corui
Si ſubito venator adeſt nigrantia tollunt
Brachia: et extento fugiunt per inania collo.
Territus heu quęnam virgo teterrima dixi
Turmatim volitant tenues ſimulacra per auras:
Hęc referens ibam lateri conſertus et armo
Virginis vt pauidi latitant ſub matribus agni
Cum truculenta feri videre lycaonis ora.
Tum virgo duce me nulla formidine pectus
Frigeat. hęc noſtro fugiunt exterrita vultu
Agmina. Sunt animi triſtes quos expulit olim
Sedicio primęua: tenent hanc aeris oram
Perpetuo damnata gelu tenebroſaqꝫ regna.
Hęc loca ſunt vbi Vulcanum longęua vetuſtas
Credidit arma ioui triſidumqꝫ excudere fulmen.
Hic notus hic boreas habitant: hic horrida grando
Hic ſonat horrendum tonitru. nubeſqꝫ per atras
Fluctuat: hinc imbres: hinc nix hyberna per alpes
Expuitur gelidoqꝫ ſolum circũdat amictu.
Pars terrę vicina magis canente pruina
Et lachrymis vitrei roris ſtillantibus humet.
Altior hic per quem ferimus veſtigia tractus
Aeris: ęthereę ſentit contagia flammę
Ardeſcitqꝫ magis ſtellis ſorbentibus iſtuc
Ex ima tellure vapor ſublatus ab igni
Corripitur. varioſqꝫ facit ſplendere Cometas.
Hic bolides: longeqꝫ trabes: Xiphieqꝫ: Dociqꝫ
Hic pogon crineſqꝫ micant: et acontius ardor
Atqꝫ alij ſicut diuerſi vultibus ignes

Sic quoqꝫ diuerſa ſortiti nomina voce.
His deus ingentes rerum predicere motus
Venturoſqꝫ ſolet terris portendere caſus.
Sicut preterito chalabros cum terruit anno
Fulgor: et ignitis ardens mucronibus aſtrum.
Mox proferre caput tanti coepere tumultus.
Et teretes aīare tubas: bellumqꝫ per omnem
Auſoniam: et latium Thibris potare cruorem:
Tunc ego per rapidos ꝟgo mihi trāſitus ignes
Eſſe poteſt impune: leues ſi corpora flāmę
Sic terrena cremāt: virgo rariſſima dixit
Flāma nec exurit nec diſſipat ore tenebras
Ni congeſta voret terrenę pabula molis.
Aſt vbi ſiccato vires in corpore traxit
Vrit: et illuſtrem veſtitur lumine vultum.
Hęc ait: et celeri flāmam tranare meatu
Coepimus. at poſtqꝫ raros ſuperauimus ignes
Conſtitit. ⁊ ſummo terras monſtrauit ab arce
Sic memorās. Campos humiles pontūqꝫ liquētem
Deſpice: cōuerſo regna ad mortalia vultu.
Aſpice qꝫ breuibus ſpacijs humana coegit
Tecta deus. terram pelagus pene occupat omnem
Aequorei ſpacioſa greges maioraqꝫ longe
Regna tenent. in clauſtra hoīes anguſta redacti
Tam magnos agitāt tam paruo in pectore fluctus.
Illic tota iacet quam ſi quis ſanguine fuſo
Sortitur: bene credit emi peritura diebus
Gloria venturis. Romę quam totus honorat
Orbis ad extremos nomen non tranſmeat ortus.
Illis tot cędes hominum tot funera campis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Tot lachrymę tot voce ſonant ſuſpiria triſti.
Si genus humanum ſaperet: nec inertia tantum
Illecebris captum vitęq; fugacibus annis
Corpora curaret. labentia regna lutumq;
Caſuraſq; habitare domos ⁊ vile puderet
Hoſpicium quod cuncta ſinu coeliq; mariſq;
Purgamenta legit: triſtes vbi ſidera caſus
Aſſiduaſq; pluūt infeſto lumine mortes.
Cerne air: et raras intercurrentibus vndis
Monſtrabat terrę maculas: et euntia circum
Aequora: quę multis ſupereminet vndiq; tellus
Orbibus: in plures populos diuiſa: genuſq;
Multinodum: ſtygijs etiam ſub manibus inquit
Eſſe domos: quę cum nos acre ſomnus opaco
Sopit habent phoebi radios paſſimq; per vrbes
Exercent operas ciues: per rura coloni.
Nos illis homines tantum quę vidimus ipſi
Credimus eſſe locis: ſed et hi qui tartara ſubter
Arua colunt veſtras inquit ſub fluctibus altis
Mare putant terras: illis contraria certe
Sed non alta magis ſemper veſtigia fertis:
Nam neq; vos illis illos neu credite vobis
Eſſe ſuperpoſitos: Spatijs ęqualibus ęther
Vndiq; circūfert immotis axibus aſtra.
Nec pars vna iacens infra pars altera ſupra.
Vndiq; terra ſubeſt coelo: coelum vndiq; ſurſum.
Aſpice iam curuū triuię ſuperauimus orbem.
Ipſa ſub humenti modo fert veſtigia cancro:
Iam terras rorabit aquis: iam nubila coget.
Vix ea finierat: ſubito conſpeximus atram

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

E pelago nubem tolli: mox frigidus aer
Intonuit ventis et tempeſtate ſonora.
Viſa prius coeca latuit caligine tellus.
Altius apprehenſo me preuia traxit amictu.
Hic ſonus: hic ingens moto concentus olympo:
Et procul auditę mira dulcedine voces
Lętaqꝫ ſuſpenſam rapuerunt carmina mentem.
Tum mihi dux tolle arrectis os auribus: iſto
Perpetuum pęana deo modulamine coelum
Reddit: et ęterna concordant ſidera laude.
Nullus ibi fato locus eſt triſtive ſenectę
Hoc coeleſte melos annis mordacibus obſtans
Effugat exangues rugas: hęc tanta voluptas
Non ſubijt mentes hominum non impulit aures.
Hi ſunt ęthereę campi regionis: ad ortum
Verte acies: claroſqꝫ vide terrę immemor orbes.
Aſpice quam claro graditur Cyllenius ore
Qui minor apparet vobis: iam ſurgit: et ipſum
Iam Seres indiqꝫ vident. Quis lucidus inqꝫ
Ille nitor: cui ſe croceis aurora capillis
Copulat. et tenui luſtrat iam lumine terras?
Quam lęto ſplendore micat: q̄ grata venuſtas
Ore ſedet. tremulam dum ſpargit in ęquora lucem
Emicat et pulchro gaudet ſub ſidere pontus.
Hęc venus eſt inquit mea dux: hęc flāma benignum
Porrigit in terras clementi luce fauorem.
Et nūc herbiferis rorem diſſeminat agris:
Nunc aperit flores depaſtaqꝫ gramina campis
Reſtituit: tenueſqꝫ pluit per paſcua nimbos.
Cur fugit in calpen dixi cur fluctibus altis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Fertur ad occaſum pelagus: nec pellitur euro:
Luna vehit ſecum pelagus reſpondit et orbe
Jam cadit ex alto: latijs iam iam occidet oris.
Et remeare fretum: retroq; impellere magnam
Cum ſonitu molem vndarum ſpumamq; videbis
Vorticibus ferri rapidis et currere in ortum.
Rarus enim pulſis claret iam nubibus aer.
Lunaq; per claram diffundit lumina noctem
Terminus hic tenebris: ſterilem non altius vmbram
Terra leuat: nigros circūfert pallida vultus
Oraq; perpetuo refugit titania gyro.
Et modo ſub pedibus ſuprema cacumina noſtris
Erigit: et medio terras nox humida curſu
Jam tenet: eoos ſurgens aurora colonos
Excitat: et lucem cantu prenunciat ales
Heſperij coenas ineunt: ipſiq; britanni
Pinguibus incipiunt hilares accumbere menſis.
Aſpice q̄ lato ſol circumplectitur ore
Oceanum terręq; ſolum: fugit vndiq; lato
Margine: ſed primos iam latior exit ad ortus.
Qui mundi neſciret opus ſuccenſa putaret
Aequora et ingenti Neptunum ardere camino.
Lumen ab occaſu ſenſim ſubmittit in ortum
Auroram veneremq; ſequens. Quę incendia dixi
Tanta procul video flammis ardere cruentis
Illa inquit Mars eſt aſtrum crudele nocenſq;
Terrigenis ſemper morbos et bella minatur.
Iſte per auſoniam bellis ardentibus omnem
Sęuit: et indomito ciet vndiq; bella furore.
Quod niſi nos diui quibus hęc mortalia credit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Regna pater ferremus opem: dudum itala tellus
Heu. miserę cedis grandes ploraret aceruos.
Sed mihi magna mei cura eſt ſtudiumq; Roberti.
Quottidie bellis illi comes omnibus adſum:
Et cui non poſſum vulnus prohibere ſalutem
Reſtituo: deus iſta meę dat munera curę.
Et modo mortali furioſa per agmina vultu
Nunc nebulis incluſa feror: duco atq; reduco
Incolumem. Nuper ſtygij de faucibus orci
Illius egregiam ſobolem cui martius ardor
Igniferę glandis malas traiecit et ora
Eripui: medicaſq; manus ⁊ pinguis oliui
Pharmacō applicui qđ adhuc mea marmora ſudāt.
Iam ſua ligna Charon gaudens ex ęquore nigro
Appulerat ripę: contoq; innixus acerno
Expectabat hians miſeram triſtemq; rapinam.
Suſpice pacificos ignes placidumq; nitorem
Iuppiter eſt depone metus. affabile ſidus
Et ſacrum venerare iubar. fulmenq; triſulcum
Nen metuas: alios clemens hic mitigat ignes.
Quāuis tantus eat: tantoq; effulgeat ore
Si tamen accedas placidis te colliget vlnis.
Sed caue vulnificam falcem ſiduſq; malignum
Quod pallere vides triſtiq; albeſcere plumbo.
Hac via ſit: moeſtiq; ſenis ne ſidera tangas.
Venimus in campos flāmis vbi millibus ęther
Ardet ⁊ obliquo fulgent animalia circo
In boream cōuerſa caput. Quur ſidera diri
Clara micant? quis tot coelum fulgoribus implet?
Dant ne vel accipiunt ignes aliunde coruſcos?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Dixit ad hęc virgo.coelis eſſentia ſimplex
Denſior eſt ignis:flamma quoqꝫ denſior aer
Aere neptunus.coeco iacet infima fundo
Terra humiles ſortita locos:vbi denſior orbis
Sole repercuſſo ſplendor vibratur:et aſtrum
Dicitur.at rari penetrantur lumine tractus:
Non abeunt retro radij.Qua plurima iunctis
Limitibus coeunt in eodem ſidera limbo
Lacteus efficitur circus:qua lactea fingunt
Vbera iunonis tortos fluxiſſe per arcus.
Proſpice.iam toto pontum ſol deſerit orbe
Et cum ſole caper recto ſe tramite tollens
Surgit:et ex vndis cornu procul erigit altum.
Auſonię iam prima dies:iam ſumma relucent
Culmina gargani:iam lux diſcriminat agros.
Vis mouet hos orbes virgo:quis temperat inqꝫ
Tantę molis iter?campis ego ſemper ab imis
Suſpiciens tanti motus cognoſcere cauſas
Jam pridem volui.tales dedit illa loquelas.
Aetherę mentes quę corpora nulla nec artus
Accipiunt magni iuſſu ſubiere tonantis
Munus id:a prima cum fluxit origine mundus.
Nec labor eſt illis labor hic:ſed ſumma voluptas.
Cernis vbi phoebus ſummū iam porrigit orbem
Perpetuę ſedes animis motricibus illic.
Sed propera.niuei viden aurea cornua tauri?
Pręcipiti ſub fronte hyades a clune coruſcant
Pleiades vernę.Nobis iam circulus alter
Scanditur.hunc alius curuato limine cingit
Signifer:aut nullę pingunt animalia formę:

Nec varios vſq; ſtellarum ſuſcipit ignes.
Lucet enim glaciemq; refert vitrumq; colore:
Cryſtalliq; tenet nitidos cum nomine vultus.
Hinc ſua coeleſtes ſumunt exordia motus
Hic alios ſecum magno molimine voluens
Raptat: et in boream lentis declinat ab auſtro
Paſſibus: et retro ſua per veſtigia fertur.
Vltima iam nobis regio flammantis olympi
Panditur. et ſummi monſtrat ſe regia coeli.
Suſpice non ſolis radios non ſideris ignes
Sz totum flāmis circūlambentibus orbem
Surgere in immēſam tam vaſta incēdia lucem.
Obſtupui: ſanguis venas ⁊ anhelitus ora
Deſeruit. ſi tot quot ſunt modo ſidera coelo
Cōueniant ſoles: magno par lumen olympo
Non parient: tantum mortalia lumina contra
Non potucre iubar tolli: Contagia virgo
Corporeę molis dixit tua pectora tardant
Et fragiles hebetant ſenſus: vbi liqueris artus
Nō feret hęc ingens vllum tibi flāma pauorem:
Pone metus: aude tantos te inferre per ignes
Fide mihi. illęſum ſummo te culmine ſiſtam.
Hęc ait: et celſam ſubito me traxit in arcem.
Hic patet immenſis regio latiſſima campis
Pluſq; noſter eat viſus. ſi dicere fas eſt
Fine caret. tellus ipſi collata ſepulchrum eſt.
Et coeco ſpelunca ſinu: quam lubricus humor
Et coenoſa palus diro contriſtet odore.
Nil maius natura poteſt: dum conderat orbem
Hic regni caput hic mundi deus eſſe cacumen

Inſtituit: ſpacium fulgor per inane vagatur
Quantum non oculis quātum nec mente videmus.
Dux oculos defixa ſolo paulumq́ʒ morata
Cerne ait: agnoſco magni veſtigia Pauli.
Hoc olim ſtetit ille loco: cum lumine captus
Depoſuit ſęuū virus: ſquamamq́ʒ draconis
Exuit: hac iter eſt ad noſtri limina regis.
Accelera. latis illos procul aſpice campis
Innumeros hominum coetus per florea prata
Ferre coronatas vario diademate frontes.
Et fulgere togas auro gemmiſq́ʒ coruſcas
Scintillare manus. hilariq́ʒ incędere vultu.
Hi ſunt purpurei reges qui ſacra deumq́ʒ
Prępoſuere opibus: quos deteſtanda libido
Imperij non crudeles non fecit auaros.
Si tamen aut turpes maculas poſt fata tulere
Aut iniucūdum terrenę fecis odorem
Sub ſtygijs lauere vadis: nam flumina quinq́ʒ
Has ſcelerum labes ⁊ regna chatartica ſoluūt.
Ille ferens mitem toto prior agmine vultum
Imperij quondam partem romanaq́ʒ regna
Viuus adhuc ceſſit Chriſto: generiq́ʒ futuro.
Propterea deus hęc illi latiſſima regna
Et toto maiora ſolo conceſſit. et ipſum
Regibus his prefecit: eunt ſpacioſa per arua
Maxima cum dulci miſcentes gaudia riſu.
Ecce gradus in nos omnes ⁊ lumina vertunt.
Accelerant: Tantos vnq́ʒ non vidit honores
Roma potens: Viden ad leuam qui lumine claro
Regales prefert animos: hic parthenopeus

Nuper tenario veniens Alfonſus ab orco.
Magnanimę ſaluete animę: ſaluete magiſtri
Bellorum quondam: quos ⁊ terrenus honoras
Orbis adhuc: tantę ne meo preſtare coronę
Obſequio quicq; potero: ſermonibus iſtis
Compellauit eos virgo: Tum parthenopeus
Curuato cum fronte genu ſic ora reſoluit.
Aetherei ſplendor rutilans et magna ſenatus
Gloria coeleſtis patrię quę lumen emiſti
Sanguine: cui digitos deus ⁊ caput obligat auro.
Cui viuens addictus eram. parere parati
Venimus: vt dignos meritis reddamus honores.
Sed tamen hic noſtros quiſnam nouus aduena campos
Tecum adijt: viuis ne patent empyrea regna?
Tum ſic orſa loqui virgo. Rex maxime quondam
Magnanimiq; ſator regis: niſi noxia primus
Mala parens fregiſſet erant hęc peruia viuis
Regna. ſed infelix legem ſcelus attulit iſtam.
Attamen omnipotens cui vult pater atria pandit:
Nec leges aditus omnis clauſere: nec ipſum
Latorem vincire queunt: De limine pulchrę
Venimus italię: magnos vbi ſęua tumultus
Arma parant. vexatq; tuos ſors dura nepotes.
Nãq; tui proceres regni cõmunibus armis
Dum mutare iugum longoq; exire laborant
Seruitio. bello illuſtrem duxere Robertum
Littore de veneto. Sors eſt incerta futuri.
Sic mea dux: heros animo non pertulit ęgro
Sed placido ſic ore ſonat. Nos ęquora quondam
Vertimus et miſeras nimium vexauimus vrbes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Poenitui: poenaſq; dedi. Phlegetonte ſub alto
Arſimus: et longos ignem portauimus annos.
Scit qui iunctus erat lateri Franciſcus eodem
Sphorcia ſupplicio: quotiens plorauiuius vna
Blandimenta. dolos. furias et plurima vitę
Crimina preteritę. ſed nos clementia patris
Atq; tuę iuuere preces: me nulla cupido
Sollicitat regni: tales cum corpore curas
Exuimus. certent ipſi videantq; nepotes
Quid leges ⁊ iura velint. ardentia manes
Expectant quos precipites in tartara mittant:
Quos in vincla ferant: cui ferrea verbera poſſint
Intentare truci inſtantes crudeliter ore.
Viderit hęc cui flamma poteſt ea ſęua nocere.
O vtinam quantas regni mea pignora curas
Iuſticię tantas habeant: tum firma manerent
Sceptra: nec infeſto reſonarent claſſica cantu.
Sed regni iactura minor. pietatis ⁊ ęqui
Maxima. diuitias aufert et regna vetuſtas
At virtus ęterna manet: ſequiturq; ſepultos.
Bella gerant ipſi. vincant quibus ętheris alti
Fauerit imperium. generi meliora rogabo
Fata meo: ſortemq; ferant patientius omnem.
Sic ait: et comites nutu aſſenſere loquenti.
Tum mea cęſaream vertens in lumina frontem
Sphorcia progenies pacem Franciſcus et arma
Doctus: et illuſtres inter virtutis alumnos
Inferior nulli dixit Cum veneris illuc
Quiſquis es ad noſtrum qui tam feliciter orbem
Aduenis inſignem iubeas ſaluere Robertum.

Ille mei ſplendor generis: tantoqꝫ nepote
Lętor adhuc. vidi caſus vidi illius omnem
Fortunam miſerãs: ſortem iam vicit acerbam
Et potuit grauibus fatis obſiſtere virtus.
Ille meos priſcum non aſpernatus amorem
Seruet vt ante meis gereret cum ſtrenuus arma
Auſpicijs dulces mecum dum viueret annos.
Viuat: et huc animi curas iam porrigat omnes.
Sic ait: et verſis ibat iam paſſibus agmen.
Cũqꝫ recędentem coniecto lumine turbam
Proſequor admirãs viden hũc cui plurima mento
Canicies dixit Virgo: bizantia ſceptra
Geſſit et immenſas tulit in compendia leges:
Iuſtini genus egregium: Theodoſius illi
Iungitur: et dextro leuũ latus applicat armo
Qui ſequitur Traianus erat: quē traxit ab vndis
Tartareis magni deus ad ſuſpiria verſus
Gregorij. tantum pietas ſeruataqꝫ ſemper
Iura valent. hi quos hederis lauroqꝫ virentes
Cernis idumea ſignari pectora fronde
Godfridus Caliphę domitor qui regna recepit
Vſurpata diu: ſolymaſqꝫ aſcendit in arces
Turbine cum magno Veneti ducis inclyta proles
Et ſacer in tanto primos Adamurus honores
Agmine ſortitus. nitidis Boemũdus in armis
Clarus adhuc. Vgo magnus. geminiqꝫ Roberti.
Hi ſimul adiunctis coiere in prę lia caſtris
Per Nicomedis agros opulentaqꝫ regna Niceę.
Perqꝫ lycaonios adierunt Reblata campos
Reblata quę primos Petro conceſſit honores

Anthiochi cum iam muros ⁊ nomen haberet
Cappadoces. Tyriaſqꝫ domos Sidona potētem
Sub chriſti miſere iugum. Si vicerit hoſtem
Sceptraqꝫ Parthenopes parere coegerit vrbi
Romuleę longi cum meta recurrerit ęui
Hęc in regna feram tota cum prole Robertum:
Diuorumqꝫ choris addam. gaudebit: et alto
Corde redundātem diffundet in ora voluptas
Leticiam: cum ſe circum ſua pignora cernet
Ire per elyſium: terras oblitus habebit
Caſtra ꝑ ęternas gradiēs heroica laudes.
Dixerat. his paucis ego longa ſilentia rupi.
Pande mihi (niſi ſcire nefas) vbi rector olympi
Quos velares habitare ſolet. nam credimꝰ ipſum
His altis errare locis: coelumqꝫ tenere:
Dux mea ſubridens ſupra deus inquit ⁊ infra
Aethereoſqꝫ orbes habitat: ſub ſole ſub aura
Sub tellure latet: ſub dite: ſub ęquoris vnda:
Omnia plena deo. nam ſicut tota per artus
Corporeos mens vna ſubit ſic vnus in vna
Mundi mole deus: mūdo tamen amplior ipſo
Tendit in immenſum nulloqꝫ includitur arcu
Sphęra deus viuens: centri tumor occupat omnem
Curuatura locum neſcit: defluxit ab ipſo
Orbis: et in magno quicquid cōcluditur orbe.
Nec durare poteſt quicq̄ niſi porrigat ipſe
Auxiliatricem clementi numine dextram.
Vna tribus virtus vnū tria numina numen:
Hęc nouiſſe ſatis: debent arcana taceri:
Jam chriſti natalis adeſt: coeleſtia magnos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Agmina cōuentus celebrāt: diſcedere tempus.
Tūc ego: Me ne graues iteꝝ deſcēdere ad vmbras
Me ne domos iterum luteas iterūqꝫ labores
Ferre iubes? ah me tali ne deijce regno
Dux mea: per ſuperos oro ꝑ magna tonantis
Sceptra: per hos liceat tecum mihi degere campos
Si mortis me dura vetant ⁊ ferrea iura
Quid moror? hi fragiles artus in fruſta ſecētur.
O decor o campi dulces o gloria coeli.
Quid mirum ſi ad regna minus terrena reuerti
Felices animę cupiāt? Dum talibus oro
In lachrymis nabant oculi. tepidoqꝫ madebant
Rore genę. dulces vrebant pectora flammę.
Et ſuaui moerore labans vix ęgra ferebat
Membra genu: votiſqꝫ diu flagrantibus arſi.
Tum virgo. quid ſi patrię tibi tota paterent
Atria coeleſtis? vultu ſi numen aperto
Si ſolium magni videas atqꝫ ora tonantis?
Te tua regna vocant: iterum te terra repoſcit.
Hoc ſpolium mortale lutum eſt. mortalia condes
Membra ſolo: fecemqꝫ ſuis cum ſordibus iſtam
Ante dabis tumulo q̄ꝫ cętera cernere poſſis
Et noſtras habitare domos. Si vilibus inq̄ꝫ
Me ſpoliem membris iter hęc in regna patebit?
Non ait ętherea niſi quos ex arce vocamus
Huc veniunt. heu me miſeꝝ quem triſtia dixi
Fata vocant: iteꝝ ventos patiemur ⁊ imbres.
Sollicitoſqꝫ dies ⁊ lamentabilis ęui
Durius exilium: ſi me tam dulcibus oris
Eijcitis: ſaltem liceat p̄cidere vitam?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Mecum oculos pigraſqꝫ manus et inertia crura
Ferre ſat eſt. hic ſingultus hic ipſa relinquam
Corda: meas iſtinc ſaltem ne excludite curas.
Jdo igitur: totoſqꝫ dies in funere ducam.
Parce metu dixit virgo. tibi proderit huius
Lucis amor vidiſſe ſinus et limina olympi.
Te minus interea vitę contagia lędent
Mortiferūqꝫ ſcelus: nec te tua fata grauabunt.
Et quotiens me cūqꝫ voles non voce vocabis:
Velle ſat eſt adero. Noſti quos ante fauores
Prędtiterim: poſthac magis experiere ſecūdam.
Hęc ait: et tenuem ſubito diſceſſit in au ram.
Tūc ſopor aut aliud fuerit quodcūqꝫ ſoporis
Ora ferens grauibus mihi ſaucia pectora curis
Liquit: et amiſſi damno triſtabat olympi.
Jā ſuꝑeſt vt te bellorꝝ maxime ductor
Admoneā non eſſe tibi cōſortia tā tę
Aſpernanda dom⁹: facilem tutāqꝫ miſtrat
Hęc in regna viā pietas: ⁊ ſacra nitēti
Relligio veſtita fide: cultuqꝫ frequēti
Dona deo diuiſqꝫ oēs congeſta ꝑ aras.
Hoc quoqꝫ nō noſtri tm̄ docuere priores
Qui Chriſti lauere ſuos in flumīe crines:
Veꝝ etiam qui vana ſacris idola ꝓfanis:
Et fragiles coluere deos. Poſt cimbrica bella
Barbaricus tēplū: ſpolijs p̄daqꝫ recēti
Struxit: et optato Marius ſacrauit honori.
Bacchus vt eoos victor penetrauit ad indos:
Primitias predę ſuperis ⁊ magna dicauit
Dona Joui: priſci frondes in templa ferebāt.

Primus hic et ſpolijs aras cumulauit ⁊ auro:
Scipio cui nomē deuicta Numātia fecit
Tēpla dedit ſupeꝝ patri: Marcellus eidem
Galloꝝ ducis exuuias. Agrippa ſuꝑbis
Porticibꝰ: grādiqꝫ deos teſtudie clauſit.
Innocuę paci molē rex Flauius altam.
Tullus ab albanis rediēs ſaturnia templa
Cōdidit. at Scaurꝰ mēti: poſt arma Camillus
Gallica delubꝝ famę. Sꝫ maximꝰ omnes
Cōſtantinꝰ auos vicit: tot tēpla ꝑ vrbem
Tot tēplis ſacrauit opes: vaſa aurea: gēmas:
Signa: ſacras veſtes: caſias: ⁊ balſama cultris
Marmoreis inciſa. crocos. ⁊ cinnama ab orbe
Vecta peregrino. Sic te quē longa coronāt
Prelia: cui ſummam totiēs victoria laudem
Preſtitit: in ſuperos gratū: memorēqꝫ tonātis
Eſſe decet. Sicut veteres iam laudibꝰ ęquas
Militię: ſic te facias pietate priorem.

Finis.

Explicit panegyris in Robertum Seuerinatem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

¶Fratris Baptiſtę Mantuani Carmelitę theologi ad magnificũ comitẽ Andreã Bentiuolũ ſexdecĩuir Somniũ romanũ.

Axime iuſticię cultor: qui clara parẽtum
m Facta: nouis vitę meritis ⁊ honorib⁹ auges:
Vos quib⁹ eſt diuũ dono cõceſſa poteſtas
Felſinę gẽtis patriꝗ̨ꝫ tenetis habenas:
Ambiguos rex caſus artemqꝫ doloſę
Sortis ⁊ ingeniũ fallax dep̄hendere fas eſt.
Ver nõ vna dies nõ vna reducit hirundo
Sic neqꝫ ſolertes breuis experiẽtia rerum
Fert aĩos: vigilãs prudẽtia ſurgit ab vſu
Multiplici: ſicut de mille coloribus iris.
Hac ſine nil tentare boni nihil vtile rector
Cõſultare poteſt. ęquas prudẽtia leges
Et placidę pacis mores cõponit: et omnem
Militię martiſqꝫ viam: parit ipſa triũphos
Ipſa gigãteas vires proſtrauit ⁊ altum
Demolita caput: ſolymo Dauida iacẽtem
Suſtulit imperio: ⁊ regni decorauit honore.
Propterea a magno tãtis Agamennone curis
Neſtor: ab Adraſto vates quẽ prodidit vxor
Quęritur: in phrygios aſtu cordatus Olyſſes
Plus potuit: qꝫ marte ferox ⁊ viribus Aiax.
Euentus igitur rex cauſaſqꝫ tueri
Atqꝫ vices varias ⁊ coeca pericula ſancti
Eſt rectoris op⁹: quo ſe patriamqꝫ ſalutem
Seruet: et ad fragilem veniat cũ laude ſenectam.
Id meditãs: extrema ducem quę fata Robertum
Oppreſſere canam: trepidęqꝫ horrentia noctis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Somnia: lugubrem quę p̄dixere tumultū.
Taliter humanas de⁹ ad coeleſtia mentes
Cōtemplāda vocat: terrāq3 infeſtat vt altum
Aethera quęram⁹: rōne carētia prono
Quę vultu paſcūtur humū: mortalia ſupra
Nil ſperare licet: nobis dom⁹ vltima coelū.
Nec min⁹ eſt demens rex qui in vortice tāto
Vult requiē: q̄3 qui in medio putat ęquore portū.
Sʒ iam moeſta grauē referāt inſomnia caſum.
ſ Igna molorchei fugiēs accēſa leonis
Sub quib⁹ occurſum triuię indignat⁹ ⁊ vmbrā
Palluerat Titan curru pulſabat anhelo
Virgis icarię limen: verſiſq3 redibat
Pron⁹ in autumnū radijs: cū triſtia langor
Neſcio quis mihi corda premēs ⁊ lumīa toruis
Nubib⁹ inuoluēs frontem cōtraxit opacam.
Moeſtus ⁊ ignorās cām moeroris inertem
Conabar reuocare iocis in gaudia ſenſum.
Nulla erat ignoto pn̄s medicina dolori.
Multa dies ⁊ multa dabāt ſuſpiria noctes.
Quottidie aſſumptis creſcebat virib⁹ ardor
Cordis: ⁊ obſcuro vultū pallore iacētem
Polluerat vapor egrediēs acherontis ab vnda.
Lux ierat: nigriſq3 aderat nox humida pennis:
Membra toro poſui: curas vt ſomn⁹ inanes
Pelleret: ⁊ mētem requies cōpeſcēt ęgram.
Turbida imagīb⁹ ſurgūt inſomnia diris:
Cōcutiturq3 graui gelidū formidine pectus.
Territus exilio: noctemq3 vmbrēq3 ſilentem
Horreſco aſpiciens reſeranſq3 cubicula ſolus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Egredior memorqꝫ putans crudelia mente
Somnia ſuſpicio coelum flāmaſqꝫ micantes:
Atqꝫ malum noſtros verti p̄cor omen in hoſtes.
Pallidus obſcuro ſurgebat Jupiter ore:
Moeſtaqꝫ nec ſolitum referēs aurora decorem
Per nimboſa ęgram fundebat nubila lucem.
Horrēdumqꝫ ſonās dextra cum fulgure fulmen
Intonuit ſubito: tempeſtatemqꝫ fragoſam
Turbidus hyberno boreas voluebat ab axe.
Tūc audire virum voces lituoſqꝫ tubaſqꝫ
Armaqꝫ et hinnitus acres ſum viſus equorum:
Et graue frigenti murmur veniebat ab arcto.
Attonitus quid tāta ferant portenta per auras
Dum repeto: curis iterum lentoqꝫ ſopore
Opprimor: et tepido cogor dare membra cubili.
Procubui languens: et mox vt lumina texit
Matutina quies: vmbras incedere triſtes
Aſpicio: et quendam canis altoqꝫ verendum
Ore ſenem ſeſe lateri cōiungere noſtro.
Ardua frons ſed triſtis erat: miſerandaqꝫ mēto
Canicies. atro conſperſi puluere crines.
Criſpatęqꝫ genę et viſu caua lumina toruo:
Qualia cnm multas inter ſuſpiria noctes
Egerit: atqꝫ diu ſomni contabuit expers
Aeger habet: gelidę nares: exanguia labra.
Et facies ſqualore iacens: confectaqꝫ turpi
Ora ſitu: quales longi poſt carceris vmbram
Eſſe ſolent bello capti: vel triſtia quales
Cum gemitu veniūt natoꝝ ad buſta parentes.
Ferreus ambibat lumbos atqꝫ ardua torax

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Pectora. delapſo cingebat eburnea ferro
Armatum vagina latus. ſignata cruentis
Ora notis: ambęqꝫ manus et pectus anhelum.
Talis erat qualem Aeneę ſe maximus Hector
Obtulit in ſomnis: patrios cum flām̄a penates
Jam raperet: captamqꝫ dolis iam cerneret vrbem.
Effigies herois erat: qui fortibus armis
Inter mille viros pugnās poſt plurima tandem
Funera: poſt cędes hominū dum cędere neſcit
Dum renuit dare terga fugę: confoſſus iniquo
Sidere procubuit ſuꝝ altę ſtragis aceruos.
Territus aſpectu primo: tādemqꝫ reſumptis
Viribus O tāta qui te ſub imagine dixi
Nocte refers: coelo ne venis an miſſus ab orco:
Ille gemens triſti duxit ſuſpiria voce
Atqꝫ oculos miſero attollens ⁊ brachia geſtu
Me trepida dixit chriſti marięqꝫ ſacerdos
Ille ego quem tantis ornaſti laudibus olim
Moenia dum peterem coelo romana ſiniſtro.
Ille ego qui viuens geſſi tot bella Robertus
Inter equos inter lituos nutritus ⁊ arma:
Stirpe ſeuerinas: crudam doctiſſimus artem
Militię: et caſus vadens animoſus in omnis:
Huc mea me virtus huc me fortuna redegit.
Magnanimi poſtq̄ʒ ducis infelicia fata
Talibus accepi dictis: exorta repente
Corripuere aīm rapidis incendia flām̄is.
Et velut ardenti glacies cum liquitur igne
In lachrymas fluxere oculi: pronūqꝫ lacertis
Complectēs heroa pijs: o maxime dixi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Militię pater auſonię: quem bella gerentem
Barbara cōtremuit totis germania campis.
O veneti tutela ſoli: gentiſqꝫ latinę
Pręſidium cōmune: malis ne regna paterent
Itala barbaricis iter: ne Rhenus et iſter
Auſonię populētur opes tua pectora vallum
Inuictis feciſti animis. o ęterna tuorum
Gloria: ſi mortale poteſt occumbere corpus
Immortale manet venturaqꝫ ſęcula nomen
Vincet: et accipiēt laudes poſt funera ſemper
Incrementa tuę: Noſtris antiqua diebus
Te duce ſurrexit virtus. o clara potentum
Sphorciadum ſoboles. auris vitalibus ergo
Non frueris? nec viuis adhuc? cruor iſte tuis ne
Fluxit an alterius crudeli vulnere membris?
An ſane barbarice gentis manus impia tantum?
Ille ſuū dixit finem mea fata tulerunt:
Et mens coeca prius de triſtibꝫ eruta clauſtris
Iam videt ęternam fracta caligine lucem.
Fata dei conſulta voco non ętheris aſtra.
Quę quāuis aliquas habeāt in corpora vires
Cuncta tamen dominū moderatorēqꝫ ſequūtur.
Et nihil attentāt ſi non videre tonantem
Aſſentire operi: nutuqꝫ fauere ſecundo.
Non ſecꝰ ac validis harpe cōprehēſa lacertis
Non alio torquet niſi quo manus egerit ictum.
Tanta hoim generi impietas tā noxia mens eſt
Ut coelo dent iura dei. quaſi cymba per vndas
Sponte ſua ſcopulos fugiat ſine lege magiſtri:
Et quaſi per campum voluat ſe biga patentem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Antomedonteꝗ gradiens ſine verbere dextrę.
Pręſidet vt ſumma vigilans in puppe magiſter
Oſtenditq; viam prorę. ſic ſolus ab alta
Sede deus tantę curſus et pondera molis
Temperat: ex primę motu vertiginis: horę:
Ex horis nox atq; dies: ex nocte dieq;
Lunigenę ſurgunt menſes: ex menſibus anni:
Luſtra et olympiades nemoris de nomine dictę
Et quę centuplici voluūtur ſęcula curſu:
Chiliadeſq; cadunt. quarum iam quinta receſſit:
Sexta citis vectata rotis per inane iugales
Ad medium iam cogit iter: mundiq; ſenectam
Ducit: et alterius vitę pręnunciat ortum.
Hinc hominum deus ętates hinc tempora rerum
Hinc ſpacia hinc vitas animantum ⁊ fata gubernat.
Ipſe meos fregit ne ſim miſer amplius annos:
Cōmunemq; pijs fecit cum manibus oram
Elyſium dixere olim: modo dicitis hortum.
Sed vos iſta latent. At cur ſi lęta recepit
Te regio dixi placidaq; in pace quieſcis
Ad quam longa pie mittunt ſuſpiria mentem
Te modo lugentem miſera ſub imagine monſtras?
Vt genus oſtendam mortis reſpondit: et ipſa
Vulnera quę accepi pugnans in marte ſupremo.
Sic quoq; poſt victos manes ſpoliataq; regna
Ditis: ab obſcuro chriſtus remeauit auerno.
Nāq; cicatrices manuū laterisq; cruenti
Rettulit: vnde fides omnis titubantibus orta eſt:
Tum ſua membratim moeſtus ſimiliſq; dolenti
Vulnera detexit tepidum ſudantia rorem.

Vnum leua manus qua flectere lora ſolebat
Sub iugulo torax vnum perfoſſus et vnum
In ſubito martis facies acceperat ortu
Traiectumqꝫ latus iaculo: traiectaqꝫ terga
Sulfureę ſtridore pilę: cruriſqꝫ ſiniſtri
Truncus iners plumbiqꝫ genu feruore caducum.
Sed grauius quo vocis iter pręcluſerat haſta
Haſta venenato penetrans caua guttura ferro
Dic age dic inqꝫ quando te numina lętis
Accepere locis reducem licet omnia fari:
Et caſus audire tuos extremaqꝫ fata
Quis furor armorum quę tanta licentia ferri
Te rapuit? quę te curę tenuere cadentem?
Cogimur o vates inquit parere: ſed vrgent
Auroram titanis equi teqꝫ orgia poſcunt
Sole nouo quibus applaudens lętatur olympus;
Expediam paucis igitur. Vicina Tridento
Caſtra ſub alpinis rapidi trans fluminis amnem
Verticibus qua curua ſinu cōuallis opaco
Flectitur: et parue ſuſpectat męnia Petrę
Conſtiterant: verum obiectu quia montis iniquo
Vnda per anguſtas fauces et marmora labens
Sępius obſtabat nobis q̄ ſępius acto
Ponte fuit ſternenda via: et natura locorum
Inquirenda prius ſummiſqꝫ adeunda periclis
Barbara gens. et caſtra ſolo metanda fideli.
Vltimus ingenti rerum diſcrimine nobis
Pons texendus erat. nouus explorator ad agros
Quęritur hoſtiles: noſtra ad tentoria lecti
Cōuenere duces italę pudet ędere gentis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Dedecus:ex tanto heroum meus agmine ſolus
Lucius a patrijs laribus qui nuper inermis
Venerat:eſt auſus dubios inuadere caſus.
Ipſe datos igitur comites hortatus:et armis
Strenuus aſſumptis iter eſt ingreſſus:et alta
Nocte ſeneſcentis tacito ſub lumine lunę
Per latera abrupti ſcandens aſperrima montis
Pręterijt poſitam ſummis in cotibus arcem:
Subiectoſqꝫ iugo campos intrauit:et oram
Dum legit:ecce procul telis lucentibus hoſtes
Aerea de rupe volant:nox pallida crebro
Lumine ſintillat reſonantqꝫ tonitrua glandes.
Lucius immotis animis et pectore forti
Obuius it:biſidoqꝫ petens certamine turbam
Dedidit horrendam ſtragem:ripaſqꝫ ſonantes
Fluminis:et vallem herculeo iam vicerat auſu:
Cum procul audimus victricem claſſica cantum
Edere:collapſas generi victoria mentes
Extulit:extemplo iratę vada nauibus vndę
Rupe ſub excelſa infenſiqꝫ ante ora Biſegni
Aggredior:trabibus quernis et robore ſecto
Fit via:turmatim pedites equitumqꝫ cateruę
Spumantes onerãt fluctus:cymbaſqꝫ natantes.
Et iam tranſmiſſo campis fatalibus amne
Conſtiteram voti compos adituqꝫ reperto
Lętior.heu quotiens ridet fortuna cauendum eſt
Altius:ingentes voluebam pectore curas.
Iamqꝫ tridentinas arces rhenumqꝫ putabam
In venetum miſiſſe manus:Nec vota fuiſſent
Irrita:ni ſors dira meum auerſata laborem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Dum properant tranare acies:exercitus ante
Quam ſimul hoſtiles totus penetraſſet in oras:
Compoſitum rupiſſet iter:Diſiecta furenti
Vortice compages pontem ſubmerſit:et vnda
Cōuulſas rapuit per ſaxa immania puppes.
Iamqȝ dies phoebi radijs accenſa calebat:
Ardentiqȝ cauam cōuallem accenderat ęſtu.
Hęc erat illa dies:ſęui qua iuſſa tyranni
Spreuit:et appoſitum vicit Laurentius ignem.
Omine proſtratę mentes ⁊ corda meorum
Contremuere.vident ripis et flumine caſtra
In partes diuiſa duas:via nulla relicta eſt
Subſidio:via nulla fugę.ſic numina coeli
Sic ſuperi voluiſtis.eram de rebus agendis
Ambiguus:volui retro veſtigia ferre:
Contractiſqȝ iterum pontem inſtaurare faſelis.
Mox noua cura ſubit:locus amne ⁊ montibus altis
Tutus erat:ſolus gelida reſtabat ab arcto
Faucibus anguſtis aditus:quem claudere foſſa
Pręcipiti inſtituo:ſubitis ne incurſibus hoſtis
Aduolet:et pauido trepident ne caſtra tumultu.
Sed tentare nihil licet aduerſantibus aſtris.
Ecce procul nimbos et puluerulenta per auras
Nubila cōuolui aſpicio attonitumqȝ reuerti
Pręſidium:et ruptis incuſtodita relinqui
Clauſtra vię ordinibus:pediteſqȝ relinquere parmas
Perniciqȝ vagos dilabi ad flumina curſu:
Quis pauor exclamo comites quę ignauia tantum
Dedecus hoc infert:hodie vel vincite mecum
Vel ſimul oppetite.et vitę preponite laudem.

Non eſt mos itali vobis dare terga: ſed hoſtem
Quęrere: et in pugnas animis pręſtantibus ire.
Hic Marius paruo fortem molimine cimbrum
Fudit: et ingenti preda ditatus et auro
Miles ad auſonios ſcythię tulit arma penates.
State. quid ad rapidum morituri accuritis amnem?
Non eſt cum ſuperis bellum: mortalia contra
Pectora mortales pugnant. hunc ſępius hoſtem
Vicimus. et noſtra hęc totiens hauſere cruorem
Barbaricum: tot millia miſimus orcho.
Venimus ad Rheni fines: arcemq; Tridenti
Cernimus. extremus labor hic: in limine ſemper
Acrius eſt certamen. vbi eſt de limine pulſum
Pręſidium trepido domus exanimata pauore
Concidit. et cohibet dextras: et porrigit arma.
Sumite tela viri: mecumq; in bella redite.
Hic animis opus eſt: fluuium ſuperare vel hoſtem
Cogimur. hęc nobis eſt irremeabilis vnda:
Hanc aciem penetrare leue eſt. ego primus in iſtud
Agmen eam: ſed vos animos firmate labantes.
His excita velut achuri ſpirantibus auris
Fax accenſa micat virtus: clypeiſq; reſumptis
Se glomerant referūtq; pedem: dant claſſica cantum
Terribilem contumq; manus complexa trabalem
Tendere in occurſum totis conatibus ardet.
Iamq; tridentinis ingens de rupibus agmen
Euomitur: totiſq; ſonat germania campis.
Quadrupedant inſtructę acies abſconditur omnis
Campus. et obſcuris cęlum cum nubibus auſter
Sibilat. inſpicant cuneos alaſq; bifrontes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Inſtituūt.longoq̈ʒ abeunt duo cornua tractu.
Tergora tenſa crepāt:tremulis hinnitibus aer
Clangit:et ignitę volitant vt fulmina glandes.
Corda repentini terrent mortalia caſus.
Pręſertim nouitate loci cum neſcia turba
Qua ſcit iter neſcit:poſitis cum ſe vndiqʒ claudi
Autumat inſidijs:longo me hortantur amici
Colloquio ſeruare animas:et parcere ferro.
Tunc ego ſeu fuerit coeci violentia fati
Seu virtus.quid foemineis me obtunditis inq̄ʒ
Supplicijs?didici nullo trepidare tumultu
Martis ⁊ armoꝝ.non ſum fugiturus:abite
Quos horrere facit durę pręſentia mortis
Hic hodie mihi vicendum vel morte cadendum.
Hęc vbi dicta ferox adeo certamen.et hoſtes
Innumeros contra paucis comitantibus altum
Cornipedem immitto:fragiles concurſibus haſtę
Diſſiliunt:volitantqʒ leues per inania trunci.
Educti radiant tremulis ſplendoribus enſes
Sintillāt galeę:crebris ſonat ictibus aura
Ut cum dura ſalit crepitans per culmina grando.
Iāqʒ manus et tela rubent:celer omnibus adſum
Dux ⁊ miles opem feſſis atqʒ arma miniſtro
Huc illucqʒ volans vt pignore Tigris abacto.
Et ſocios acuo verbis:ex aggere noſtri
Trans ateſim clamore iuuant:atqʒ irrita mittunt
Spicula in aduerſum non peruenientia littus.
Cuntantes in bella voco.ſed ſegnia vindex
Corda deus noſtris fecit:gelidumqʒ timorem
Miſit in auſonias mentes:imiſqʒ medullis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Corpori inhęrebat. ſoliti ſuperare fugantur
Italidę: pauloq; meis qui hortatibus ante
Rettulerant greſſum a fluuio (mirabile viſu)
Vincere cum poſſent aīas in flumine malunt
Linquere: et ignauo pereūt in gurgite fato.
Excrucior: coquit impatiens pudor iraq; pectus.
Vix potui retro paucos prece flectere longa.
Cum quibus obijcior telis: iterūq; repello
Teutonicos: et cęde graui compeſcimus hoſtem.
Deſeror a ſocijs iterum. ſoluſq; reſiſto.
Vulneror: et iaculis acies me millibus vrget.
Vix elapſus eram medio cum in gurgite vidi
Difficile impelli cymbam aduerſantibus vndis.
Et me ſollicito nutu ⁊ clamore vocabat
Portitor: atq; iſtis prior iam vocibus inquit.
Dux miſerande tuo nunq̄ ſine milite vinces.
Nonne vides? non eſt tuus hic exercitus. iſti
Auxilijs quorum fidis villiſſima vulgi
Congeries non ſunt ſoliti tot ſpicula ferre.
Sed iactare cubos: pugnamq; laceſſere pyrgo.
Differ: et hęc animoſa tuis certamina teq;
Militibus ſerua. tali me nauita pacto
Sollicitat: fugiamq; grauis fata aſpera pugnę
Supplicat: At paucos comites in marte reliqui
Turpe ratus ſummis iterum me offerre periclis
Eſt animo furor et caſus tentare ſupremos.
Interea largus duplici de vulnere ſanguis
Ibat: et exhauſtę fugiūt cum ſanguine vires.
Barbarus ex omni noſtros ad flumina campo
Compulerat: fatum duplex ⁊ martis et vndę

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Nos premit.o comites dixi quo feruida virtus
Quo laudum diſceſſit amor?cur pectore tantos
Concepere metus?et cur non vincere vultis?
Nonne hoſtes quotiens animis ⁊ fortibus armis
Egimus:oppreſſi bello iacuere cruento?
Undiqꝫ barbarico rubet omnis funere campus.
Noſtroꝝ gladius paucos abſumpſit:in vndis
Imbelles miſere animas:germanicus audet
Cum noſtros trepidare videt.ſi vertimus ora
Si pauci comitentur:agam hoc de margine turbam
Pręcipitem.dictis equites animãtur:et haſtas
Corripiũt:galeiſqꝫ volant in p̄lia clauſis.
His adiutus equũ ſtimulis in bella ferocem
Sollicito:et qua denſa magis certamina feruent
Fulmineo curſu irrumpo.germanica cędunt
Agmina:cędũtur magnis clamoribus hoſtes
Turba ruit.creſcit ſtrages miſeranda virorum.
Non aliter q̄ꝫ cum falcem per gramina curuam
Meſſor agit:poſitis truncę ceruicibus herbę
Procumbũt.alij pedibus calcantur equorum.
Cornipedum ſuper arma labãt veſtigia:pręceps
Fertur eques:figitqꝫ truces in puluere conos.
Sunt qui diſrupto manibus fumantia ventre
Inteſtina gerũt.quoſdam dum vellere tentant
Oſſibus hęrentes haſtas nouus obruit ictus:
Impulſu plębs multa ruit:ſub mole cadentum
Plurima turba perit:clauſo nec anhelat hiatu.
Puluerei lucem inuoluũt ⁊ lumina nimbi.
Attonitę clamore aures:madet omne cruenta
Cęde ſolum:maculatqꝫ fluens cruor arma manuſqꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Arma armis colliſa crepant:pelluntqꝫ trahuntqꝫ
Tela viri.ſęuit mauors:et plurima mittit
Ad miſeras lamenta nurus:et nuncia triſtes
Euerſura domos deſolatura parentes.
Ardet vt ingrediens tonſos vulcanus in agros
Cum ſtipulas vorat arentes:boreęqꝫ iuuatur
Flatibus:et prono cum ſe vaga vertice flãma
Porriget:et multo depaſcitur arua fragore.
Armigerum procul aſpicio cui marte furenti
Sanguineo validaqꝫ manu dura arma mouenti
Barbara cornipedem chalabrum perfoderat haſta:
Ipſe ibat pedes ęre grauis:feror ocyor aura:
Compelloqꝫ virum et iubeo veſtigia ſiſtat.
Dum loquor hoſtis adeſt ⁊ equo contorquet ab alto
Telum in me frendens:meqꝫ in certamina poſcit.
Congredior:capuloqꝫ tenus clamantis in ora
Enſem adigo vitamqꝫ vomens cum ſanguine corpus
Pulſat humum:morienſqꝫ cauo ſingultit hiatu.
Quadrupedem morſu rodentem frena ſuperbo
Atqꝫ indignantem domino parere latino
Magnanimo comiti trado:illi atqꝫ inſuper addo.
Chare comes varijs mecum iactate periclis
Tempus adeſt fatale mihi:mea funera cerno.
Nec mea differri poſſunt iam fata:dehiſcit
Iam latus:et ſęuũ ſtrinxit p̄cordia vulnus.
Sed neqꝫ me mors iſta grauat:ſat viximus:ętas
Noſtra quaterdecimi tranſit confinia luſtri.
Si miſerę paucos vitę deus adderet annos
Non tamen auferret mortem.necis omnibus ęqua
Conditio:et capulo ſemper vicina ſenectus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Adde ꝙ hic claro caſus duce dignus:et inter
Tela viro forti vitā deponere pulchꝝ eſt.
Nec cędes me tāta iuuat:nec more ferarꝝ
Rimari cupio crudeli viſcera dextra.
Pellere vim vi iura ſinūt. ⁊ vulnere vulnus.
Ipſe deꝰ qui lora tenet vitęq̄ȝ neciſq̄ȝ
Viderit an meliꝰ caput hoc ſeruare vel hoſtem:
Sȝ te ꝑ ſuperos oro:longęuaq̄ȝ noſtri
Iura ſodalicij noſtras ex hoſtibꝰ iſtis
Relliquias auferre ſtude:patrioq̄ȝ reconde
Me tumulo.his dictis iterꝝ pugnare paramus.
Ecce comes quondā meus ⁊ nutritꝰ in armis
Mecū ſphorciacis conto traiectus acerno
Protrahitur:fugiēte aīa vultuq̄ȝ ſupino
Sanguineū verſo ducēs in puluere ſulcum.
Lora traho:⁊ triſtem caſum miseratꝰ amici
Alloquor exanimem.Felix cui numina tātum
Pręſtiterint:vt poſt validę facta inclyta dextrę
Finiat illuſtrē cita mors ⁊ ſplendida vitam.
Fata ferāt mihi funꝰ idem:muliebria plumę
Membra decēt:acres animi durataq̄ȝ bello
Corpa nō optāt niſi factam vulnere mortem.
Chare vale comes:ante diem q̄ȝ ſidera claudāt
Suſpicor elyſio tecū me in limine cernes.
Sic efatus agor pernici in p̄lia curſu.
Aedimꝰ immēſam ſtragem:nec ferrea nobis
Tegmina:nō denſę pn̄t obſtare cohortes.
Et iam terga dabāt hoſtes:gens barbara toto
Ceſſerat ex vallis circo:cum ferrea leuam
Glans ignita manum ferijt:mox altera tergum

Percutit. elapſis ſonipes iam liber habenis
Ibat: et obſcura ſenſim mihi lumina nocte
Mors vmbrabat: equus ſpumans ęſtu atqꝫ labore
Victus vbi proſpexit aquas ſe miſit in amnem
Nec rectoris habens legem procumbit in vndis
Et me ſemianimem ſternit: ſepelitqꝫ ſub alto
Gurgite poſt multos vitę mortalis honores
Sic poſui afflictos vi ferri ⁊ fluminis artus.
Mors tandem: totiens alijs illata recepit
Me quoqꝫ: et accepta ceſſauit anhelitus vnda.
Altera lux aderat: cum plębs germanica lugens
Affuit: vt vita functos trāſferret in vrbem:
Me quoqꝫ dum pręde cupidi ſcrutantur arenas
Et torrentis aquas vnco rapuere tridente.
Agnouere ducem: et ſpolijs lętatus opimis
Barbarus elatum tulit in ſua moenia corpus.
In riſus abeunt gemitus in gaudia tranſit
Luctus: et inſigni feror ad ſacrata triumpho
Limina ſublimis Vigili: condorqꝫ ſepulchro.
Exitus hic vitę. fuerit quę cura cadenti
Quando audire libet: nec me narrare pigebit.
Prima fuit mihi cura deus. manibuſqꝫ videbar
Ante coronatum ſpinis ⁊ ſanguine regem
Supplicibus veniam ⁊ ſedes orare quietas.
Miratuſqꝫ mihi nullos in morte dolores
Nulla dari tormenta manus ad pectora iuncti.
Tum mihi natorum fuit ⁊ conſortis imago
Ante oculos: patriqꝫ omnis aſtare putabam:
Et generum: qui nocte omnem explorauerat oram
Strenuus: et nulli bellorum laude ſecundus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Bentiuoloſq; duos: vnum cui felſina primum
Pro meritis patrum atq; ſuis concedit honorem:
Cuius amor q̄q̄ ſolitum quandoq; nitorem
Perdere ſit viſus tn̄ alto pectore nunq̄
Fluxit. et Andream: cuius ſi munere virtus
Sit donāda pari tellus nō ſufficit omnis.
Tanta fides talis pietas mortalia tranſit
Pręmia ⁊ ętherei partem ſibi poſcit olympi.
Attonitus fixis oculis preſſaq; manebat
Voce Refrigerius: nec diſſimulare dolorem
Jam poterat. vidi lachrymas: ſuſpiria vidi.
Et dolui tantos hoiem amiſiſſe labores.
Hos inter moriēs natis dare pauca videbar
Languenti mādata ſono poſtremaq; v̄ba.
Sic memorās. mea ꝓgenies fortiſſima bello
Pectora: qui prius eſt vſus vitalibus auris
In fatum prius ire decet: qua vixim⁹ ęquū eſt
Arte mori. vobis famā nomenq; relinquo
Perpetuū. mea dent vobis veſtigia legem
Viuēdiq; modum. poteram diſcedere ab armis
Tutus: et auecta fluuiū trāſmittere cymba.
At ſeruāda fides vetuit producere vitam.
Tanta fuit ſemꝑ veneti⁹ mihi cura ſenatus
Tantus amor ſemꝑ melior mihi ſanguine v̄tus
Viſa. nec adriacum potui niſi morte leonem
Linquere: nec moriēs linquo. poſt ipſa iuuabo
Funera ni vires aīo ſenſumq; negabunt
Numina. vos illi ſi quid ſuprema parentis
Juſſa valēt: ſi quid pietas: ſuccurrite totis
Corporis atq; animi neruis: et barbara veſtrum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Robur ab auſonijs auertat finibus arma.
Viuite cōcordes. fraterni nominis auctor
Explicuit quāto cōuerti foedere debent
Quos natura parēs e ſanguine fecit eodem.
Militat in bellis amor: eſt in pace voluptas:
Arma dabit pietas ⁊ inexpugnabile vallum
Rebꝰ in aduerſis: erit ⁊ mihi grata ſepulto.
At tu chare puer grai cui noīa regis
Indole qui tāta fortes aſcēdis ad annos
Germanas matrēqꝫ pia cōplectere cura.
Viuite felices. ęterno lumina ſomno
Jam mea caligāt: mors occupat ora valete.
Sic fabar moriēs. circūſtantiqꝫ coronę
Sum viſus p̄bere manū: lachrymoſaqꝫ natis
Oſcula ⁊ vxori chariſqꝫ relinquere amicis.
Mox animꝰ tanqꝫ coeco de carcere liber
Strenuus emicuit. patuere latentia mundi
Foedera. coeleſtis licuit cognoſcere cauſas:
Naturęqꝫ vias ęternaqꝫ ſemina reꝝ.
Tūc varias riſi ambages vanūqꝫ laborem
Scrutari ſuperos coeliqꝫ arcana volentum
Tūc ego neſcio qua ſubito vi tractus in altū
Efferor: ⁊ tranās auras ⁊ nubila: coelo
Jam vicinꝰ eram: cū me Catharina beato
Diuū cincta choro ſuperas auexit ad arces.
Lętus et a curis liber mortalibꝰ ibam
Mobilior plumis celeri velocior euro.
Ipſa quoqꝫ oſtēdens hilari noua gaudia fronte
Sic ait. ille tuus qui ſic accenſa momordit
Corda dolor grauis illa tuę querimonia mentis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Diluit omne nefas animi rubigine terſa
Te ſtygijs exemit aquis: acheruntia clauſit
Stagna tibi. tria pandebat iam cerberus ora
Iãq; aderãt miſſi lemures a limine ditis
Qui te p̄cipiti raperẽt in tartara curſu.
Anguis vt ętatis viciũ deponit ⁊ annos
Anguſtum ꝑiter gradiẽs perq; aſpera ſaxa.
Ut panchea ſenex patiẽs incẽdia phoenix
Ignis odorato renouat ſua tp̄a ſacro
Sic pietas ardẽs aĩęq; gemẽtis anhellum
Pondus ab infecti ſceleris caligine luſtrat.
Nulla magis tollũt cõcretam februa ſordem
Nulla animi peſtem medicina potẽtius aufert.
Hic nobis viden hos coelos qui ſingula voluũt
Sidera ⁊ octauũ lucere tot ignibꝰ orbem:
Perſpicuũ gelu mũdiq; immobile culmen:
Hic nobis ęterna quies cõceſſa tonantis
Arbitrio. nobis toto licet ocia coelo
Ducere: ſ; claro martis tibi tecta ſub orbe
Dat pater. inferius quorſum libet ire licebit
Altius ire nefas. tua ſit cũ marte poteſtas.
Sic ait: et nitidis pulchꝛ caput abdidit aſtris:
Eſt igitur cũ marte mihi domꝰ ampla dieſq;
Perpetuus: ſecura quies: ęterna voluptas.
Hic habitãt aĩę illuſtres: quę fata profanis
Accipiũt bellis: ſi ſit miſeratus ab alto
Orbe deꝰ. chriſti pro relligiõe cadentes
Altius admiſſę ꝑ ſumma cacumina mundi
Tecta tenẽt: et cuiq; ſua eſt ſatis ampla voluptas
Omnia ſpiritibus coeleſtia corpora ſanctis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Plena. dei coelū domus ē immēſa: puderet
Amplius his habitare locis: felicia ſemꝑ
Uulnera q̄ tantis aīm ſoluē tenebris.
Talibus orandi finem iā fecerat heros:
Atq; nouā triſti ſpoliatus imagine formam
Sumpſerat: ⁊ clarus gemmis radiabat ⁊ oſtro:
Qualis erat feſtis gradiēs ad templa diebus
Splēdidus ⁊ multo Salomon ſpectabilis auro.
Tūc ego qui fuerā caſu triſtatus acerbo:
Jam poſitis animi curis tua funera dixi
Nō igitur ſunt flenda: quibus de carcere lōgo
Solueris: atq; graues claudis tā fortiter annos.
Uita fuit virtutis opus: mors gloria coelum
Parte tui meliore tenēs. olimq; reſument
Corpꝛa vitales fatis melioribus aurę:
Cum ſupꝛma dies aderit. tua poſſidet orbem
Inclyta fama: manet ꝑ te tua clara ꝓpago.
Non paridis iaculo: nec ab vno victus achille.
Nec lapithas inter pateris ⁊ olentibus vrnis
Occidis: aut diro ſicut Tirynthius igne.
Nō te foemineo montana betulia ſexu
Nō te maſſagethum tomyris regina fefellit.
Nō onus argiuo fregit tibi tēpa ſaxo
Nec: qua morte ferūt perſam cecidiſſe Dariū.
Dextera ſeruilis fodit tua pectora ferro.
Nō in pace ſedens armis ⁊ fraude tuoꝝ
Captus obis: quali maculauit cęde ſenatum
Impius in patriam Cęſar: nō tincta veneno
Pocula mortifero ſumis: quo ſęua tulerūt
Poenum fata ducem. nec tu tua viſcera telo

Ipſe tuo lanias: quę ſors miſeranda Catonem
Implicuit: ꝙ cū lucis vitęqȝ puderet.
Nec pauido xerxi ſimilis: cū milite multo
Fūderis a paucis: nec iners aut ocia ducēs
Ruſtica ceu libyę domitor: Si fortibꝰ armis
Si ſuperas animis ⁊ vitę laudibꝰ iſtos
Dicā alias: mortis certe tibi gloria maior.
Nā velut excelſas altis in cotibꝰ arces
Non niſi vi multa ⁊ lōgo molimīe duri
Deijciūt hoſtes ſic te nō miſit ad vmbras
Vna manꝰ nō vna phalanx: exercitꝰ oīs
In tua fata coit peteriſqȝ a millibꝰ vnus.
Sʒ neqȝ te ībelles indi molles ve ſabei
Pygmei ve breues rapiūt vel accola rheni
Gens durata gelu genꝰ inſuꝑabile ferro:
Quod totiēs Romā tum cū ditiōe p̄mebat
Europę libyęqȝ vrbes Aſiāqȝ minorem
Terruit: hi ſuperāt parthos: thraciūqȝ furores
Quos martem genuiſſe ferūt hi ſpicula torquēt
Panteſileęa non inferiora ſecuri.
Et iā certa dies tenebras altūqȝ ſoporē
Ruperat: euigilās ꝟba imꝑfecta reliqui.
Viſaqȝ ꝑ ſomnū tacita mecū oīa mente
Suſpectoqȝ metu voluēs: ſint ſomnia dixi
Vana p̄cor: ſomnūqȝ ferāt ⁊ ſomnia venti.
Nec dum finierā cum triſtis epiſtola nobis
Nūciat infelix ⁊ lamētabile fatum
Principis: o nimiū dixi veracia ſi quid
Somnia triſte ferūt: vana ⁊ mēdacia qn̄
Gaudia ſignificāt: rebuſqȝ inimica ſecūdis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Scilicet iſtud erat quod mens p̄ſaga maloꝝ
Senſerat: et coeco gemitū dabat ęgra dolore:
Moerebatqʒ tacēs: et triſti pallida nocte:
Ut ſolet hybern⁹ piceis ſub nubibus aer.
Tanta ne tā ſubito v̄tus occūbere fato
Tant⁹ honor potuit? tanta expectatio reꝝ
Occidit in medio tāti molimine belli:
O ſupeꝝ metuēda man⁹: ſentētia ſemper
Aequa: ſed humanę nunq̄ʒ precognita menti.
Spes hoīm fragilis: fortunaqʒ lubrica: vanum
Cōſilium. ſenſus hebetes. prudētia coeca
Quot capitur deluſa modis? cum lęta ſecūdat
Proſperitas ſeruare modū: frenare volātes
Neſcit mens humana rotas: ardētia flagrāt
Vota: calet pectus: gliſcit ſine fine libido.
Addit ſe comitem votis audacia mendax
Fertqʒ ꝑ abruptos ſilices: hebetatqʒ ſequētum
Lumina ne caſum metuāt: vbi duxit in altum
Pręcipitat. gaudetqʒ rudi noua murmura vulgo
Ingerere: ⁊ ſubitis orbem terrere ruinis.
Propterea quicūqʒ loco ſublatus ad auras
Cōſtitit illuſtri: ſummā non appetat arcem
Ne peſſum deiectus eat. Voluere gigātes
Turribus aereis coelos ęquare deniqʒ
Trudere de regno: et reꝝ ditione potiri.
Sʒ pater indignās animis: op⁹ impulit audax
In latus: et gentem merſit ſub mole ſuperbam.
Dedaleos cōtra monitus puer Icarus auras
Dum ſecat ⁊ leuibus dum tendit in aera pennis
Non tulit hoc titan? ceras ardore liquentes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Soluit:et amiſſis periit labor irritus alis.
Amphitrioniadę telis pęantius heros
Figitur: ⁊ ſpernēs habilem geſtare pharetram
Sumpſit ab herculeis vulnꝰ lętale ſagittis.
Occidit infelix Phaeton dum lora gubernat
Mortali diuina manu. vidiſſe paternum
Limen: ⁊ illuſtrē phoebi tetigiſſe quadrigam
Debuit eſſe ſatis. niſi mens illecta fuiſſet
Auricomi ſplēdore patris. curruqꝫ nitēti
Tutꝰ erat. finem votis audacibꝰ ergo
Ponite rectores orbis. quę ſemꝑ in altum
Euolat ⁊ nuſqꝫ veſtigia figit harundo
Quo magis ingreditur nubes ⁊ ſidera tanto
Ocyus in terras caput eſt verſura caducum.
Mitius ęgrotāt ſi quos temeraria pellit
Ex humili fortuna loco: quos trudit ab alto
Q̄n nulla quies alia cōceditur arte
Triſticiā celeri cupiūt abrūpere fato.
Sꝫ quid flere iuuat mortes: alienaqꝫ fata?
Nos oīs domꝰ illa manet. dilabitur ętas
Dum loquor ⁊ celeres torquēt ſua ſtamina parcę.
Quod ſupereſt: gelido damꝰ inſcribenda ſepulchro
Verbare: naſcēti quę a poſteritate legantur.
Clara ſeuerinas tua belliger oſſa Roberte
Hic habitāt. potuit ꝟtus a morte tueri
Nomen ⁊ egregiā mentem: mortalia membra
Nō potuit: totū laus eſt tua miſſa per orbem.
Relligio ⁊ pietas animū comitātur in aſtris.

Finis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

¶ Fratris Baptiſtę Mantuani Carmelitę theologi ad .D. Falconem Protonotarium cuiꝰ beneficio ex omnibus periculis eſt liberatus.

Carmen

Ebeo (ſed curę ꝓhibent) tibi carmina Falco
d Aegraq; mens varijs ſollicitudinibus.
Dignus es ęterni cui decernātur honores:
Sacraq; ſolenni cōficienda die.
Sicut em̄ domitis proles Tirynthia monſtris
In ſuperꝝ ſanctas fingitur iſſe domos.
Sic vbi fatales lachęſis tibi voluerit annos:
In paradiſiacos ibis ab orbe lares
Et niſi relligio viuis ea dona negaret:
Iam tibi lucētes poneret ara focos.
Nec magis adiuuit feſſum labor herculis orbem:
Quam tua gentiles prouida cura meos.
Te duce de ſcyllę canibꝰ de fauce charybdis
Eruimur: placido ꝑfruimurq; mari.
Te duce cum ꝓuo nauis mea remige tutum
Fecit harenoſę per vada ſyrtis iter:
Noſtra Caphareo duce te ſub vertice puppis
Tranſijt. et tyrium qua tulit vnda bouem
Et qua ſeptenos vomit vnda reciproca fluctus:
Euboicos inter. Caſtalioſq; ſinus
Nec potuit nauplus fictis illudere flammis
Nec pauidam cautes corripuere ratem
Te duce cyclopes immania monſtra ſubegi
Eſt Erymāthęus te duce victus aper.
Phaſides et circes Acheloiadumq; ſororꝝ
Carmen ⁊ harpyas ſtymphalidaſq; fugas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Te duce Gerionen et barbara vicimus arma:
Armigeram ſegetem flammiuomoſqꝫ boues.
Te duce nigrantes erebi ſuperauimus vmbras;
Et caua tartarei fugimus ora canis.
Te duce ſeruatę leges: ⁊ iura parentum:
Noſtraqꝫ res maius publica robur habet.
Te duce quaſſatam fulcris melioribus ędem
Et laceram ſolido ſtruximus ęre domum.
Te duce pontificis ſummi mihi limen apertum
Et ſancti patuit regia magna patris.
Sic precor immenſi pateat tibi regia coeli:
Teqꝫ ſuũ chriſtus collocet ante thronum.
Tot meritis vnum: quo tangere ſidera poſſis:
Adde: Quirinali limen in vrbe dato.
Cur precor a latio ſoli prohibemur: an vnqꝫ
In Capitolinas vertimus arma domos?
Non nos progenies ſenonum: non punica turba.
Non ſumus hyrcanum: ſarmaticũ ve genus.
Itala gens linguam ⁊ mores edocta latinos
Hauſtaqꝫ de petri relligione ſumus.
Cur igitur quotiens Romana reuiſere tecta
Cogimur: in ꝓpria non licet eſſe domo?
Da latios Romane lares: da cernere thybrim
Da patrię nobis regna beata tuę.
Auſpice te nobis fas hoc ſperare putatur:
Qui regimen cymbę pontificalis habes
Nos quoqꝫ qui cupim⁹ Romanũ extollere nomẽ
Suſcipiet facili Martia Roma ſinu.
Si fuit Andino mitiſſima Roma poetę:
Nos quoqꝫ quos aluit mintia terra feret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Aeolus es nobis: pelago dominaris ⁊ aure:
Da zephyros noſtre: remigiūqꝫ rati.
Sic tibi ſiderei dominam placabis olympi.
Et pluet etheria iugis ab arce fauor.
Sed ꝓpera. longo lacheſis iam feſſa labore
Cogitat immiti rūpere fila manu.
Poſt obitum benefacta manēt eternaqꝫ ꝟtus
Non metuit ſtygijs ne rapiatur aquis.

Ad eundem.

ſ I mea pierius coeuntibus vndiqꝫ riuis
Aſſidue curret totus in ora liquor.
Nō potero meritas Falco tibi ſoluere grates:
Digna nec officijs fingere ꝟba tuis.
Ille ſatiſfaciat qui ſe contemnere dixit
Nec calicis vilem frigidioris aquam.
Ne tñ ignores humilis pia vota Poete:
Paupere de loculo vilia dona damus.
Tūc tibi Romulea cum nos donaueris vrbe
De locuplete penu xenia magna dabo.
Hec ſunt que veniēs minꝰ vt via lederet egi
Dum ſtudet obſequio noſtra minerua tuo.
Iſta leges qñ veniūt poſt ſeria ludi:
Cum dabit extremas menſa ſecūda dapes.
Nulla ſuo res eſt ſi ſit data tempore vilis
Apta ferūt magnam tp̄a rebus opem.
Opportuna tibi poterūt ſolacia ferre:
Tempore ſi fuerint carmina lecta ſuo.

In eundem endeca ſyllabicum.

Falco Romulei pater ſenatus
Nemo me: quia ſit ſeuerioris

Vitę relligio: putet negaſſe
Fontis caſtalij beata rura.
In doctos homines fatigat iſta
Simplex ruſticitas: peritiores
Quales Ambroſius Boetiuſq;
Qui mores tetricos: et altiorem
Felici patriam ſequũtur aura.
Muſas ⁊ ſtudium latinitatis
Complexi fidibus lyraq; morbos
Tollebant animi graueſq; curas:
Iucunda modulatione fretum
Pennis ingenium velut quibuſdam
Sublatum rapitur: deumq; dulci
Illapſu recipit: bibitq; nectar
Quo menſę ſuperum fruũtur omnes
Hi vere lyrici fuere vates
Sicut pindarus inſulęq; virgo
Leſbi gloria: grandiorq; plectro
Alcęus modulans vetuſtiore
Et Dauid tyrio decorus oſtro
Percurrit citharam manu ſonantem:
Et ſanctos ſuperis cantat honores:
Hinc laudes veniunt pijq; cantus:
Hinc hymni reſonant choros per omnes:
Iſtos: poſthabitis minus peritis:
Auctores imitans tuis patentes
Campos auſpicijs perambulabo:
Nec vulgi duce te proteruientis
Nugas iudicium ve pertimeſcam.

In eundem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Dicet adulandi ſtudio mea carmina lector
In laudes nimium luxuriare tuas.
Inuidię morbo pręſens male iudicat ętas:
Iudicium melius poſteritatis erit
Credite venturi mendacia nulla libellus
Ni malus interpres decipiatur habet.

Cur libellus Falco dicatur

Quod mihi curuentur vel crura vel vngula lector
Tale mihi nemo nomen ineſſe putet:
Sed quia falconis verſu meliore canendi
Clauditur exiguo gloria magna ſinu:
Nec tamen immenſas licuit comphendere laudes
Nec fragiles chartę pondera tanta ferunt.
Amphora tyrrhenę quantum degluciet vndę
Falconis tantum pagina noſtra capit.
Hoc fuerit ſpecimen: reliquam qui cernere mercem
Poſtulat aonię phocidis arua petat.

Ad Pomponium

ſ I mea Falconi placuere poemata forſan
Edere et a populo iam licet illa legi.
Ipſe etenim cauta verſus appendere lance
Nouit: et ingenij lumen ⁊ artis habet.
Tu ſuperes: cuius ſententia quęritur: ac ſi
Sit clarij dictis anteferenda dei.
Si placet ędantur: ſi diſplicet occule: nam ſunt
Omnia iudicio ſubijcienda tuo.

In Falc. Diſt. ad Pont.

Ducere ſopitis paſtor potes ocia curis
Falco tuas Argi more gubernat oues

In eundem

Quod fuit Atridę neſtor: Centaurus achilli
Hoc patrię Falco Pontificumqꝫ patri.

In eundem

Sęcula falconem ſi fortunata tuliſſent
Uel cato: vel fabius: fabricius ve foret.

In eundem.

Sic alios falco ſuperas in rebus agendis:
Ut libye ſterilem fertilitate ſamum.

In eundem tetraſtichon

Quanta roſis inter neruos eſt gloria flores
Inter aquas nymphis oceanitidibus.
Inter ſidereos triuię ſplendoribus ignes
Falco tibi in patrio gloria tanta foro

In eundem

Uir bonus eſt precio ſua qui cōmunicat ęquo
Falco mihi gratis res operaſqꝫ dedit.

In Eundem

Cur tibi tot bona ſunt ⁊ tam pręſtantia falco?
Cultus ager quia plus fertilitatis habet.

In Eundem

Inſignis virtute cato: Pompeius honore:
Tullius eloquio: relligione Numa.
Relligio: probitas: honor: et facundia tecum
Sicqꝫ viros falco quattuor vnus habes.

In Eundem.

Cur male cuſtodit tua ianitor atria falco?
Quod ſcit in occulta turpe nil eſſe domo.

In Eundem

Cur tibi ſunt dociles ſerui ſine crimine falco?
A ſimili mores accipiuntur hero:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

In eundem

Cur ſors falconem nec lęta nec aſpera mutat:
Maſcula quod virtus pectora firma facit.
Sunt propria: ſunt qui niteāt ꝟtute parentum:
Falco tuam radiat ſplēdor vterq; domum.
Sʒ tuus eſt maior: nam quicquid laudis in oēs
Sparſit auos ꝟtus prodiga: ſolus habes:

In eundem.

Maxima cū doctis cur habet cōmercia falco:
Quod paritas hoīes conciliare ſolet.

In Eundem

Si te triſtis adit quiſquā cur lętior exit:
Falco tuū charites concomitātur iter.

In Eundem

Nicomaci nato ſi fas eſt credere: falco
Non tibi iam laus eſt ſed referendus honor.
Eſt honor: in portum cum puppis ab ęquore venit
Laudibus incoeptum continuatur iter.

In Eundem

Quid tibi cum muſis qui tanta negocia tractas?
Pinguis ager ſiluis: graminibuſq; viret.

In Eundem

Quos alię prohibent recipit tua ianua falco:
Non tua: ſed populi cōmoda ſolus amas.

In Eundem

Publicolę nomen paries inſcriptus habebat:
Falconis credi debuit eſſe domus.

In eundem: de pareone quaſi pater regiōis

Area falconi pareo cōiuncta vocatur:
Falconem regio prędicat illa patrem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Dāt tibi conciſum laudis compendia nomen:
Omnis vt eulogio lingua ſit apta tuo.

In Eundem.

Cur genium fraudas: cur reſpuis ocia falco?
Calcar habet virtus deſidiamq; domat

In Eundem

Cur ſcytha: cur grecus: cur te veneratur iberus:
Utitur officijs quelibet ora tuis.

In Eundem

Argolicas maior tyrias minor verſa: ſed omnes
Aurea falconis ſtella gubernat aquas.

En eundem

Cur tua diſtinctis fulgent ſerpentibus arma?
Philtra minus ſi ſint diſſociata nocent.
Hec hominem ſignant: qui bella domeſtica ſedat
Et que ciuilis ſuſcitat arma furor

In eundem

Unde fit vt doctos vocet ad cōuiuia falco?
Ne pars officio temporis vlla vacet.

In eundem.

Cognita cur tibi ſunt idiomata barbara falco?
Ex toto virtus orbe petita tua eſt.
Pullytropum vates dixit ſmyrneus olyſſem:
Aſt ego te ſanctum pullytropemq; voco.

In eundem

Cur nunq; alternis cedunt tua ſeria ludis?
Nempe quod abſtruſum mens tua numen habet.

In eundem

Ora tuas falco reſonant cur omnia laudes?
Eſt laus: et non eſt dicere vera labor

In Eundem

Cur tibi tam leuis eſt: cur tam iucunda ſenectus?
Libera quod vicijs tota iuuenta fuit.

In Eundem

Cur tua iam grauibus virtus non frangitur annis?
Nec patitur vitę deficientis onus?
Corpora mens: mentem virtus: deus omnia ſeruat:
Cur minuet vires longa ſenecta tuas?

In Eundem

Quid valeat virtus ad acerbę ferrea ſortis
Spicula falconis teſtificatur honor.

In eundem.

Cur aliquando fuit tibi ſors inimica nocenſqꝫ?
Quod virtus fuerit ſemper amica tibi
Aemula virtuti ſors eſt: quos eleuat illa
Iſta premit criſpo torua ſupercilio

In Eundem

Cur te diſſimulas? cur non in honore ſuperbis
Falco? ſupercilio gloria vera caret.
Sors facit elatos: et ruſticitate tumentes:
Et generant mores corda ſuperba feros.
Exhilarans frontem virtus auguſta ſerenam
Cur placidum: clemens: mite piumqꝫ parit.

In falconem: elegia

Dicite falcones habeat cur martia paucos
Curia: quę colitis phocidis arua deę?
Dicite dum tenui ſtrepit Allia murmure: dum ſol
Urget ab excelſo pectus ⁊ ora polo.
Dum ſemiuſta ſonant querulis arbuſta cicadis
Dum madet: et muſcis ſollicitatur equus?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Dicite ſed neruis non eſt opus: ore canendum:
Arridulo media carmen equeſtre die.
Cum dabitur ſecura quies meliora canemus
Nunc ſatis eſt celeri ducta figura manu.
Finieram: vocem mox extulit vna ſororum:
Paucaqꝫ diſparibus rettulit iſta modis:
Eſt domus in ſummo ſaxoſi vertice montis
Ardua: quo durum ſemita tollit iter.
Auratus paries gemmis veſtitur vbiqꝫ:
Artis apellę nobile fulget opus.
Hic ſunt qui ſophia: qui relligione vel armis
Aut aliter ſummum promeruere decus.
Hic retinet bello pręſtans et pace robertus
Inter martigenas regia ſceptra duces.
Ipſe ſeuerini generis nitor: ipſe latinam
Militiam pacem iuſticiamqꝫ regit.
Hic eſt caraphiam qui tollit ad ęthera gentem:
Cui placidum mitis nomen oliua dedit.
Hic eſt Romulę priſco de ſanguine gentis:
Qui veteres falco laudibus ęquat auos.
Vidimus hos virides lauri geſtare coronas:
Et loca quemqꝫ ſuo prima tenere choro.
Tota cohors tribus aſſurgit: nec vidimus horum
Quis prior: et cuius palma ſecunda foret.
Atria prima labor: tecti penetralia virtus
Seruat: in extrema parte locatur honor.
Horriferum labor eſt ⁊ inexorabile monſtrum:
Quale quod infernas excubat ante fores.
Pectora lata tument: collum breue: brachia ſetis
Hiſpida: neruoſe marmoreęqꝫ manus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Hic cadmi ſuperanda ſeges: mactanda chimera
Atq; meduſę colla ſecanda ferę.
Hic vigil heſperidum cuſtos fallendus: iaſon
Hic domat iratos flāmea monſtra boues.
Hic fuit hippolytus curſu laceratus equorum:
Et cito virtutis viuificatus ope.
Nam labor in varias ſolet migrare figuras:
Nunc leo: nunc aper eſt: nunc bouis ora gerit.
Sicut acarnano eſt de flumine fama deoq;:
Qui vada carpathię lata tenebat aquę
Plurima barba: micant oculi: ſtant cornua fronte
Eſurit: et ſicco ſemper in ore ſitis
Sudat: et in rorem facies & pectora currunt
Nulla quies: nulla eſt deſidioſa dies
Ilia magna: femur validum: ſine pondere venter:
Deſinit in latos tibia longa pedes.
Bile tumet: furit: intrantes clamoribus arcet:
Vociferat toruū: multiplicatq; minas:
Vt reor hoc priſci vates dixere mineruam:
Nam minuit vires: debilitatq; labor.
Qui cupiunt igitur ſanctos intrare receſſus
Longa prius duro pręlia marte ferunt:
Dicitur alcides Ericem qui vicit ab iſto
Victus in herboſo procubuiſſe ſolo.
Et niſi certantem virtus miſerata fuiſſet
Semper erant ſacrę limina clauſa domus.
Ipſa fores reſerans feſſum totoq; labantem
Corpore porrecta traxit ab hoſte manu.
Huc veniunt homines virtutis imagine ducti:
Sed refugit verſo territa turba pede.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Hic opus eſt animis: et firmi pectoris auſu:
Vincit quem longę non domuere morę.
Degeneres animi primo in certamine cędunt:
Nec pudet expelli: nec dare terga fugę.
Limen ad hoc falco pugnare viriliter auſus
Obtinuit fractis regia tecta feris.
Hicqꝫ diu doctus delubra ſubiuit honoris
Victor: et immenſas inde recepit opes.
Sicut ariſteus poſt victi prelia monſtri
Repperit occiſo dulcia mella boue.
Et quoniam pauci ſuperant hęc atria: paucos
Falconi reperit curia ſancta pares.

In falconem

Unde magiſtratus falco tibi gloria tanti?
Quos aluit virtus magnificauit honor.

In eundem

Pulſa redi virtus reuocat te liſtra roma:
Nam patrię falco regnat in vrbe pater.

In eundem

Eſt alias falco ſuperat qui cęde volucres:
Hic alios meritis ⁊ pietate viros.

In eundem.

Praxiteles ſculptor: vates maro: pictor apelles:
Herbipotens chiron: belliger hector erat:
Muſicus Amphion: Tiphys nauarchus: apollo
Fatidicus: mars vi: maximus arte ſi non
Gnoſiacis Alcon iaculis clarebat et arcu:
Mercurius lingue munere: caſtor equis:
Automedon currus moderatur: Aranea telam:
Artifices pallas: luna bicornis aquam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Et comune bonum Chriſtiq; negocia falco
Curat: et hac illi culmen in arte datur.

In Eundem

Deſipiunt Romam qui degeneraſſe fatentur:
Romuleos falco laudibus ęquat auos.

In Eundem.

Iam Romana ſatis tuto ratis ęquore fertur:
Nam pelagus falco remigiumq; tenet.

In Eundem

Cur eſt pulſa fames: Romę cur bella quierunt?
Quod cererem falco: temperat atq; iouem.

In Eundem

Arma placent aquilę parit aurea ſęcula falco
Ciuibus: hic chriſto millitat: illa ioui.

In eundem

Omne quirinali ſcelus eijcietur ab aula:
Limen enim falco pontificale tenet.

In eundem

Quid genio amiſſas aquilas priſcumq; decorem
Roma? tuus falco te reparare poteſt.
Roma meos inquit vexat diſcordia ciues:
Nec ratio ſed iam viuit in vrbe furor
Iſte meus nulla dolor eſt ſanabilis arte:
Deridet medicas iſta podagra manus.
Non ſi pręteritos reuocet noua purpura reges:
Non ſi Cęſaribus: Conſulibus ve daret
Falconem fateor ſi ſpes foret vlla ſalutis
Forſitan erumnas poſſe fugare meas

In eundem.

Quid tibi moecenas quod ſis ſub cęſare falco

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Proderit: excluſus ſi ſit ab vrbe maro?

In eundem

Quoſdam thraicios audiuit Roma loquentes
Palluit vltores credidit eſſe gothos.
Tunc ego: dum falco dum regnat Acacius inq̃
Roma ſede: et nullo ſollicitare metu.

In Eundem

Auget opes alius Romę: ſtudet alter honori:
At ſtudium falco relligionis habet.

In eundem.

Cur populo ſemper domus eſt falconis aperta?
Quod ſit honeſtatis iuſticięq̃ domus.

In Eundem

Sceptra tenet falco: Romana catonibus aula
Paret: in aſſyrios ſardanapalus eat.

In Eundem

Aurea falconis virtus eſt ſidere maior:
Non metuam rutilę flammea monſtra comę.

In Eundem

Vidimus aſſueto priuatum lumine ſolem:
Pallida turbato vidimus aſtra die.
Vidimus horrendos criniti ſideris ignes:
Et grauis attonito regnat in orbe pauor.
Non ego defectum phoebi te ſoſpite falco
Non metuam fulmen terribileſve comas.
Non metuam terrę motus: non ęquoris ęſtum:
Non canis ęſtiuo cum furit igne ſitim.
Scimus enim quoniam deus eſt pietatis amator:
Ventura auſpicio proſpera cuncta tuo:

In eundem

g ij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Innumeros phoenix: et phoebi nuncius annos
Viuit: amadryades tempora longa decę.
Sęcula tot ceruus: tot viuit sęcula cornix,
Ast hominum paucis vita diebus abit.
Recte igitur falco maior tibi cura dierum:
Quam ſit opum: redit ęs: non redit vlla dies.

In eundem.

Eſt tibi diuitijs virtus et honoribus impar:
Cur dat inęquali pręmia lance deus?
Pręmia virtutum non ſunt mortalia: tanti
Nemo voluptates diuitias ve putet.
Eſt tibi ſupremo melior theſaurus olympo:
Unde tui merces tota laboris erit.

In eundem.

Diues es: at croeſo longe locupletior eſſes:
Si meritis hominum diuiderentur opes.

Ad Eundē de virtute ſapphicum carmen

Cum deus magnum fabricaret orbem
Et polos alto ſinuaret arcu:
Juſſit ęterna rutilare pulchrum
Lampade ſolem.
Juſſit et lunam dubia micantem
Luce ſublimes agitare currus
Et per obſcuras aliena ferre
Lumina noctes
Aureis coelum variauit aſtris
Quę per ingentes reuoluta gyros
Fata diſpenſant: humiliſq; terrę
Regna gubernant.
Aeris tractus auium canoris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Cantibus:terras nemorum virenti
Fronde:diuerſis decorauit altum
Piſcibus ęquor.
Tunc ad argutos philomena cantus
Guttur aptauit:didicitq; voces
Pſitacus noſtras:nituit ſuperbo
Tergore pauo.
Barbaram citrum precioſus atlas
Ida funebrem peperit Cypreſſum
Pelion Quercus ſolymę tulerunt
Balſama ſyluę.
Et tagus fuluo nociturus auro
Fluxit:et croeſi viridem per oram:
Lydius curſu properauit hermus
Inuidioſo
Tunc per humentes pelagi meatus
Squamea cinctus populi caterua
Poſt ſuum fluctus equitauit altos
Prothea delphin.
Sic deus coeli maris atq; terrę
Fecit ornatum:tamen ad decorem
Mentis humanę magis applicauit
Artis acumen.
Mens enim ſummo nimium parenti
Chara:pro vitę ſapienter actę
Pręmio:mundi fuit in beatum
Limen itura.
Dumq; ei cultum dare ſingularem
Cogitat:pulchris Areten capillis
Forte proſpexit ſpacioſa ſolam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Ire per arua.
Nanqꝫ flammantis meditans olympi
Lumen: et curſus Arcte volantes
Nomen aptabat numerumqꝫ claris
Addidit aſtris.
Jam maris fluxum tumidoſqꝫ fluctus
Norat: et quare tremebunda tellus
Fluctuet: quare iaculetur aer
Nubilus ignes.
Norat et linguas hominumqꝫ mores:
Et quibus falli ſolet et refelli
Ueritas tecto male nota vultu
Norat elenchos.
Fecerat noſtrę documenta vitę:
Et quibus coeli peteremus arcem
Sortis humanę miſerata caſum
Fecerat artes
Hanc deus menti comitem ducemqꝫ
Fecit: vt caſus patienter omnes
Ferret: et nullo ſcelerum tumultu
Deiiceretur.
Ipſa nos duros vocat in labores
Nec dies nobis ſinit ocioſos
Hoc ait noſtros periiſſe coelum
Calle parentes.
Ipſa falconis comitata greſſum
Fecit vt duros tolerans labores
Iret ad ſummum decus atqꝫ vitam
Labe carentem.
Ipſa falconis vigilanter aurem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Vellat: et noſtri memorem negoci
Reddat: vt portum breuiore curſu
Cymba ſubintret.

In eundem de virtute

Mens virtutis inops: mare piſcib⁹: alite coelum:
Sideribus mundus: gramine terra carens.

In eundem de virtute

Pyramides Nili: pharos inſula: iuppiter amon
Mauſoli et triuię marmora celſa deę.
Regna Semiramidis: Romana palacia iunge
Si placet: et ſolymi templa ſuperba dei.
Talia ſimplicitas hominum miracula dixit:
Qui niſi terrenas nil ſpeculātur opes.
Hęc lapidum moles cęlataqз ſaxa fuere
Quę grauis eximia fecerat arte labor.
Longa dies marmor ſolidum contriuit: et ęra:
Tempus enim dura ſingula fauce terit.
Maius opus virtus: quam nec diſſoluere poſſunt
Tempora: nec rauco fulmina pulſa ſono.

In eundem de virtute

Plurima virtuti laus hic: at pręmia nulla:
Nam deus illius pręmia ſolus habet.

In eundem de virtute

Eximię claros cur ad virtutis honores
Ex humili plures vidimus ire loco?
Pauperib⁹ virtus quia ſit ſine dote maritis
Nubit: habet grandes ſors opulenta viros

In eundem de formoſo ⁊ ſtudioſo

Iuncta venuſtati probitas iuuenilis in auro
Candida purpureis lilia mixta roſis:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Additus in calatho violis amaranthus eburno:
Et cum purpureo medica mala croco.

De deformi ſtudioſo.

Abdita deformi virtus ſub corporis antro:
Tecta cauernoſis attica mella fauis.
Rex in veſte rudi: lutea theſaurus in vrna:
Fagina gemmato dactylotheca ſinu.

De pulchro et vitioſo

Forma mephitifero polluta libidinis vſu:
Picta cadaueribus plena ſepulchra nouis.
Foeta venenoſis argentea vaſa colubris:
Oblita tartareo lactea gemma luto.

De deformi vitioſo.

Improbitas animi deformibus addita membris
Virus in obſcoeno triſte nocenſqꝫ cado.
Frigida limoſis incluſa paludibus hydra:
Turpibus in luſtris dente ſuperbus aper.

In Eundem de virtute

Alcides lapythas: indos deuicit Iachus:
Iſthmiaco iuueni pręda chimera fuit.
Pelleus babylona labor triſtemqꝫ Darium
Vicit: et iſiacas memnoniaſqꝫ domos.
Aeſonides fuluū vellus: danaea propago
Gorgoneos angues ęquoreamqꝫ feram.
Cęſaris occiduo veniunt ex orbe triumphi:
Scipiadę libycos perdomuere lares.
His ęterna dedit laudum pręconia virtus
Maior: et immenſum fortia facta decus.
Ardua res viciſſe alios victoria maior
Eſt animi fluctus compoſuiſſe ſui.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Subiecisse metus: et debellasse timores:
Gaudia ſpemqꝫ graui ſuppoſuiſſe iugo.
Propterea longe maior tua gloria falco
Surgit: et armatos vincis honore duces.

Cur boni viri poſthabeantur

Sponte malos homines: et noxia gramina nutrit:
At melius ſemen ferre recuſat humus.
Vitior eſt proprijs: alienaqꝫ pignora ſemper
Tractat inhumana dura nouerca manu.
Vir bonus eſt coeli: malus eſt telluris alumnus:
Quos igitur coelum diligit: odit humus.

De cōmuni lęticia in magiſtratu falconis

Fuſca prius quare fulgent candore niuali
Atria? et albentes explicat aula ſinus?
Cur domus exultat? molles cur lęta coronas
Induit? et multa ianua fronde viret?
Barbara cur nitidos velant aulea penates?
Aurea cur pictum ſigna lacunar habet?
Roma ſenes alacri cui nam venit obuia pompa?
Quo properat celeri tota iuuenta pede?
Thybris ouans geſtit: ſicut geſtiuit olympus:
Cum rediјt victo iuppiter Encelado.
Hęc ego dum meditans tacito ſub pectore voluo
Concita vox aures impulit iſta meas.
Fortunam ſuperat virtus: prudentia fatum:
Curat honeſtatem iuſticiamqꝫ deus.
Iſta viris grauibus fecit populoqꝫ quirini
Falco magiſtratu gaudia tanta ſuo.

Ad philippum baueriam.

Turbida nunc vrſos clamat nunc Roma columnam

Eſſe quid attonita pacis in vrbe poteſt?
Et niſi falconis ſcirem me numine tutum:
Jam mea populifer cerneret ora padus.
Propterea diui repetes cum limina petri:
Ne fluat in longos fac mea cauſa dies.

Ad falconem

Cum deus extructo terras inuiſeret orbe
Cunctaqꝫ de veteri cerneret orta chao.
Naturę ex vtero traxit duo pignora: quorum
Nutibus humanę diuiderentur opes.
Virtutem ſortemqꝫ vocāt: temeraria ſorti
Frons fuit: at ṽtus caſta modeſta proba
Mentis inops orbāqꝫ ferens ſors lumine frontem:
Juſticiam neſcit: conſilioqꝫ caret
At ṽtus grauis: ęqua ſagax innoxia verax
Pondera menſuras corrigit ⁊ numeros.
Quod iubet vtilitas ṽtus: quod poſcit honeſtas
Pręſtat: inaudita nil ratione facit
Sors autem quicquid pręceps ſine lege libido
Suggerit: inſtabili datqꝫ adimitqꝫ manu.
Ipſa ſibi ſatis eſt: ipſa eſt ſibi pręmia virtus:
Sors eſt pręter opes ⁊ ſine honore nihil.
Has ſibi: quod nemo potuit ſine numine: tandem
Eualuit falco conciliare duas.
Nec mirum: quoniā quiſquis veneratur olympū
Ipſe ſibi coelos ſubicit atqꝫ deum.

Colloquium inopum de falcone

Dixit inops inopi ſacram Laurētis ad ędem
Quid facis ad florę triſtis iners qꝫ forum?
Dum mea: reſpondit: tractare negocia tento

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Expilor aſſiduis quottidie aucupijs
Aes perijt: nec habet finem rerum vlla mearum:
Quid faciam infelix: vnde precabor opem:
Obtinet expulſa probitate pecunia Romam
Nec deus in tota poſſidet vrbe locum.
Quot homines Romę tot eunt p compita fures
Quos ve canes ſperas experiere lupos
Si lacedęmonij: ſcythiam petiere quirites:
Nam lacedemonij furta licere putant.
At ſcythię populi damnāt: grauiterqꝫ minātur:
Et mos conſulibus cęſaribuſqꝫ fuit.
Omnibus eſſe lupos licet in regione luporum:
Inter pygmeos non pudet eſſe breuem.
Deſipis alter ait: fugat hęc opprobria falco
Nec ſua ſub tali ſęcula labe ſinit.
Sta pete falconem: ſine re ſine munere vinces:
Omnis ab hoc ſaltem fraus aliena viro eſt.

In falconem

Nuper ab exquilijs quoſdam deſcendere lętis
Frontibus: et lento vidimus ire pede.
Dumqꝫ meos eadem fero per veſtigia greſſus:
Et ſequor ęquali pręuia terga gradu.
Audio miſcentes concordibus iſta loquelis:
Verba: decem breuibus ſubijcienda modis.
Vidimus antiquę ſpecimen virtutis in vno:
Et fabium curium fabriciumqꝫ viro.
Cęſareos animos: cum relligione catonis
Attilijqꝫ fidem cum pietate Numę.
Vidimus ardentem chriſti pro nomine petrum:
Et celebrem pauli vociferare tubam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Eloquium marci demoſthenis atq; ſaluſti
Et geminos: magna cum comitate: brutos.
Continet hos omnis ſancto ſub pectore falco:
Idq; quod eſt falco plus hꝫ oib⁹ his.

¶ Ad. D. falc. de morte philippi bauerię querimonia

Axime vir: patrię pater: ꝛ mea gloria falco:
Impulit in luctus me noua cauſa nouos.
Triſtor: et in tenebras lucem vertere dolores:
Nec mihi nocte datur: nec mihi luce quies.
Baueriam rapuit peſtis Romana philippum
Perdere tam ſanctum mors fuit auſa caput.
Inuida mors ſiquid miſeris videt vtile terris:
Inſidiatrices mittit ad arma manus.
Cur veneranda mori permiſit pectora virtus?
Cur homini non eſt auxiliata ſuo?
Et deus: ęterno probitas cui foedere iuncta eſt:
In cineres talem cur ſinit ire virum?
Quot mala quot clades hęc tanta licentia mortis
Attulit indigno quot premit ora ſitu?
Conquerimur: nec fert aliquem querimonia fructum:
Quottidie querimur: quottidie rapimur.
Si perimat ſęuos: hominumq; cruore madentes
Iuſtius: et longe mitius eſſet opus.
Si cadat curiſtheus aliquis ſi infidus olyſſes
Non eſt qui facinus non putet eſſe pium.
Iſte nec immiti tractabat ſpicula dextra:
Nec ſęuū rigidi martis amabat opus
Arte regens acres ſicut theodoſius iras
Mitis: et in nullos ore moleſtus erat.
Omnibus innocuus: caſu tranquillus in omni

Nec tamen ignauo ſegnis inerſq; metu:
Iſte dioneam venerem: bromiumq; ſubegit:
Votaq; laſciuę ſomniculoſa gulę.
Fecerat hoſpicium caſto pia membra pudori
Sicut ioſephus: ſicut & hippolytus.
Non erat elatus: nec inani deditus aurę:
Qualis tarquinus: qualis et Aneus erat.
Ipſe ſuas cunctis operas donabat amicis:
Officio tota ſedulitate vacans.
Si quando vacuũ tempus ſupereſſet habebat
Siue deus totos: ſiue minerua dies.
Languida nec fecit tardos ignauia ſenſus:
Nec vitam coluit ſardanapaliacam.
Peruigil ad mores animum reuocabat honeſtos:
Menſq; erat ad curas ingenioſa pias.
Inuidię uunq̃ potuit tabeſcere morbo
Nec dedit atroci corda cremanda foco.
Totus erat pietas: totus clementia: totus
Et ſine fraude fides: et ſine labe pudor:
Non erat argenti cupidus: non ebrius auro:
Solum animi veras accumulauit opes.
Fortis: et a recto nulla reuocabilis arte:
Quale Numę pectus: quale catonis erat.
Non labor a rebus iuuenem reuocabat agendis:
Gaudia ſudor erat: cura leuamen erat.
Ipſe erat irato cõmunis ab ęquore portus:
Ipſe erat in placido remus et aura mari.
Nec dum biſdenos qui tranſegerat annos:
Et tam diuitibus mens erat aucta bonis:
Quod longis aliqui vix eualuere diebus

Iſte breui prudens tempore factus erat.
Non expectauit canos matura ſenectus:
Ante ſenem ſenuit: vir fuit ante virum.
Quis lepor: et latię fuerit quę gratia linguę
Quę docuit tellus romula teſtis erit.
Teſtis erit locuples noſtri pomponius cui
Gloria: de cuius plurima fonte bibit.
Hic: ſi continuo rerum ſenuiſſet in vſu:
Iſſet ad hęroum ſemideumqꝫ decus.
Notus erat dirceus ager potauerat vndam:
Quę ſubito vates hauſta deoſqꝫ facit.
In viridi grauitas lętoqꝫ modeſtia vultu
Grata verecundi ſigna pudoris erant.
Cur fuerit virtus tenero tam clara ſub ęuo:
Cauſa: velut paſſim dicitur: iſta fuit.
Nam per oliuerij veſtigia ſancta carafę
Aſſiduus coeptum continuauit iter.
Adde quod hęrebat lateri falconis: et iſta
Integritas ex his tracta duobus erat
Nam iuuenis mores a cõuiuentibus haurit:
Et calet admoto frigidus igne liquor.
Hi ſunt romulei duo ſidera magna ſenatus
Unde bonis lumen: pręſidiumqꝫ datur.
Iure igitur fratres fratrem defletis ademptum:
Tuqꝫ parens ventris pignora ſancta tui.
Heu perijt generis proles clariſſima veſtri:
Heu cecidit veſtrę gloria tanta domus.
Sed memores eſtote pias in ſidera mentes
Ire: nec infernos poſſe ſubire lacus
Uiuit in ętherio: quem nos hic flemus: olympo:

Et gaudet luteas deſeruiſſe domos.
Deſeruiſſe graues reſoluti corporis artus
Gaudet: et in ſuperum tranſilijſſe choros.
Horriferam mortem: viuis quę maxima poena eſt:
Tranſijt: elyſijs perfruiturqꝫ locis.
Nos quoqꝫ lugubri flemus tua fata philippę
Carmine: deceſſus ingemimuſqꝫ tuos.
Tu mihi tractanti romana negocia ſemper:
Aſſiduas operas. auxiliumqꝫ dabas.
Tu mihi ſolamen: miſeris tu in rebus aſylum:
Tu vada: tu venti: tu mihi portus eras.
Tu mihi feciſti: mea dum pręconia narras:
Egregios inter nomina clara viros.
Propterea quotiens ſacras accendimus aras:
Suppliciter pro te myſtica dona damus.
Tu quoqꝫ ſpiritibus: quorum tibi copia: ſanctis
Mutua pro nobis vota preceſqꝫ dato.

Pugna virtutis et fortunę

Ebria virtutem fortuna laceſſere nuper
Coepit: et hoc bellum dicitur orſa modo.
Cur latitas? vanaqꝫ tegis grauitate timorem?
Si ſapis vt iactas: et potes: arma cape.
Te iuuat obſcuris nugas excudere tectis:
Semiuiros inter foemineoſqꝫ choros.
Tu tibi ſola places: ſine te nihil vtile dicis
Et populum ficto decipis ore rudem.
Vis phoebea tuis oracula cędere dictis:
Et ſomnos hebetes deſidiamqꝫ doces.
Aſt ego ſublimes animos ad ſidera mitto:
Et decoro gentem nobilitate meam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Regna mihi ſubſunt ⁊ opes et purpura regum:
Et patitur leges terra fretumq; meas.
Tu me ſtulticię: tu me leuitatis vbiq;
Arguis: et nomen polluis ore meum.
Efficiam ne te defendat inertia poſthac:
Si ſapis vt iactas: et potes: arma cape.
Nec lateo dixit virtus: nec pręlia quęro:
Nec fugio: leges conſiliumq; ſequor.
Si ratio poſcit pugnas: interrita pugno:
Si pacem pręfert: ocia pacis amo.
De pietate loqui de religione deoq;
Ad genus omne iuuat: nam genus omne rogo:
Recta placent nobis: ratione carentia nunquam:
Et populum tali fallimus arte rudem.
Non phoebea meis: verum tua cędere dictis:
Plena volo obſcenis dicta libidinibus.
Ipſa leues animos in tartara mittis: et omni
Dedecoras gentes impietate tuas.
Pręficis indignos: et regna latronibus imples:
Subq; tuo luget terra fretumq; iugo.
Nec te ſtulticicię: nec te leuitatis vbiq;
Arguo: tale tuum dat tibi nomen opus.
Efficiam certe ne me experiaris inertem:
Efficiam gladio confodiare tuo.
Deſine deceptrix hominum fortuna minaris:
Nouimus ⁊ mores ingeniumq; tuum.
Fas et iura times: pro legibus vteris armis:
Nec pudet inſontes pręcipitare viros.
Te duce Romani maduerunt ſanguine reges:
Et plęriq; ſua procubuere manu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Bella moues: nec ſcis motos ſedare tumultus:
Sępius accenſo territa marte fugis.
Nouimꝰ ad Trebiam: Cannas trāſimenaqꝫ arua:
Stulticię vires conſiliumqꝫ tuę.
Te rupes tarpeia canit: canit Allia laudes
Et gothus ⁊ fuſco vandalus ore tuas.
Aeſtifer ęquiperas nimbum: qui murmure multo
Surgit: et excuſſa languet inanis aqua.
Falconem quotiēs fortemqꝫ inſana robertum
In ſordes auſa es pauperiēqꝫ dare?
Cerne locis vt nūc niteat ſublimibus inter
Purpureos patres armigeroſqꝫ duces.
Hi ſunt quos veſana fugas: cogiſqꝫ ſubire
Et terra ⁊ vaſto longa pericla mari.
Alter ad oceanum fineſqꝫ recurrit iberos:
Dum fidei debet pręmia ferre ſitę.
Alter in alpinis niuibus ligurūqꝫ per agros
Viuit: et ad celtas ad ſenoneſqꝫ fugit.
Et quia militię titulis excellit: ⁊ omni
Laude nitet: duplicem foedifragūqꝫ vocas:
Quis ſit ⁊ eximię quę ſit prudentia frontis
Conſtat: et hoc victi non tacuere duces.
Nos experta potes quę noſtra potētia noſſe:
Et qua conatus frangimus arte tuos.
Diſce viros fortes: et pectora ſancta vereri:
Atqꝫ meum ceſſa dilacerare genus.
Verum adeo leuis es: tantiſqꝫ furoribꝰ ardens:
Vt nequeas irę vim cohibere tuę.
Qui pinxit lycium voluit te pingere montem:
Dum variam fingit multiplicemqꝫ feram.

Ora leonis habes: quia primum pectora faſtu
Tollis: et audaces mittis in ora ſonos.
Hircus olens venter: qꝛ quos extollis: in omnem
Deſidiam proni luxuriamqꝫ ruũt.
Non opus exemplis: quoꝝ mihi copia maior:
In libyca quã ſit copia farris humo.
Ultima pars ſerpens: quoniam de crimine virus
Naſcitur: et vitium dira venena parit.
Conſcia mens culpę taxos aconitaqꝫ mandit:
Semꝑ ⁊ in tenebras ſuppliciumqꝫ cadit.
His accenſa grauem rapuit fortuna pharetram:
Et celeri torſit ſpicula multa manu.
Voce manu gladio iaculis curſuqꝫ fatigat:
Et circũducto ſtrenua pugnat equo.
Fixa manens eadem inſiſtit veſtigia virtus:
Nec timet inſanam pręcipitemqꝫ feram.
Aegida nam rapidis chalybum fornacibus vſtam:
Et ſolido clypeos ex adamante gerit.
Fruſtra igitur fortuna truci ſuperintonat ore:
Atqꝫ leues circum fertqꝫ refertqꝫ gradus.
Sequit inutiliter ceu cum graue ſibilat oeſtrum
Obuolitans tauꝝ cornupetamve bouem.
Dum videt incaſſum ſe mittere tela ꝑ auras
Infremit: ⁊ crebro verbere pulſat equũ.
Dum furit incaute. miſſiſqꝫ vagatur habenis:
Decidit: et fracto gutturis oſſe perit.
Marmoreo comites moeſtę impoſuere ſepulchro:
Et ſuꝑ hoc quidam carmen ineſſe ferunt.
Hic iacet inſani numen mutabile vulgi
Lege carens: ſola mobilitate potens.
Arma capit Iani variaſqꝫ ferentia fruges
Cornua: cum clauo quo vada nauis arat.
Tunc ait ex media quidam ſine nomine turba:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Qui varias ſortis nouerat ante vices.
Fidite ꝟtuti: fortuna fugacior vndis
Non manet: ⁊ certam neſcit habere domum:
Gaudia dum ſimulat: ſubuertere cogitat orbem:
Inſidias ridens exitiumqꝫ parat.
Propterea vaſis Agathoclea legimꝰ vſum
Fictilibꝰ verſo dum timet orbe premi.
Diſcite quos ſurſum voluit rota ponere faſtus
Trudet ab excelſo vos mora parua loco.

¶ Ad eundē ꝙ heroico carmīe dicēdus ſit

Falco quirinalis decꝰ immortale ſenatus
Quo duce reſtitui poſſent labentia Romę
Moenia ⁊ illuſtres iterū ſperare triūphos
Dūmodo noſtra tuas elegia reponere laudes
Pergit: et exilem diſꝑgit arundine cantum:
Ecce cothurnato gradiēs heroica paſſu
Muſa meū deriſit opꝰ: quid talibꝰ inquit
Ioniū remis audes tranare ꝓfundum?
Hic mihi nō Sulmo: nec inerti nauita verſu
Claudicet: huc opꝰ eſt adſit vel ſmyrna vel Andes.
Nam neqꝫ penelopes curę: non hippodamię:
Non danaes plorandꝰ amor: non vulnꝰ eliſę:
Parua decent humiles: ꝑuo breuis hydria fonti
Cōuenit: ⁊ ꝑuis ſatis eſt breuis vtribꝰ aura.
Vel pedes incedit media de plebe viator:
Vel querulo vehitur plauſtro: vel pauꝑe cymba.
Magnanimis rex magnꝰ equis curruqꝫ ſuꝑbo
Fertur: et audaces ſulcat ratis ardua fluctus.
Magna decent magnos: magno latonius arcu
Vtitur: ingenti mauors accingitur enſe:
Immenſo tonat igne pater: maiora putatur
Gurgite ſub vitreo geſtare tridentifer arma:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Huc igitur phoebea cohoꝛs phoebea ſupellex
Plectra lyręqꝫ volent: et ſacri gloꝛia fontis.
Huc pluat Eurotas: huc oīa phocidis arua
Certatim gelidos latices ⁊ lactea mittant
Flumina: lauretis variaqꝫ virentia fronde.
Non ſit in nonijs regio ſine vocibus oꝛis
Non ſine laude nemus: nulli ſine carmine fontes:
Illuſtres falconis auos cantate: piamqꝫ
Pꝛimę cui generis pꝛolem claroſqꝫ nepotes.
Ipſe quoqꝫ altiſono tollatur ad ęthera cantu:
Cuncta ſonent heroa nouū quē rectoꝛ olympi
Diuoꝝ aſſcripſit numero: qui carcere liber
Coꝛpoꝛeo implebit de ſedib⁹ ętheris vnam.
Dicite: et illuſtrem trās ęquoꝛa mittite famam:
Audiat hęc tanais: mirētur iberica regna:
Et peluſiacas carmen referatur ad aures.
Et didonis ager romanis ęmulus aruis
Audiat hęc: trepidetqꝫ iteꝝ Romana reuerti
Claſſica: ⁊ auſonijs iteꝝ dare moenia flāmis
Scipiadas iteꝝ metuat: dum talibus audit
Nūc quoqꝫ Romuleas habitari ciuib⁹ arces.
Trāſeat hęc arabes nigros ea fama per Indos
Et repetat ſcythicos per ſeria regna colonos.
Palladias artes rimatus in omnia venit
Phoebeę ſecreta domus pꝛimoꝛdia noſtri
Fontis: et ętheream penetrauit lumine molem.
Sępe meduſeis facunda liquoꝛibus arua
Abluit: et noſtris diues remeauit ab oꝛis.
Ipſe iubet paſſim ſanctos adoleſcere moꝛes:
Pꝛiſcaqꝫ cęleſtis renouat veſtigia vitę.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Nec peſſum ſinit ire pios: in egena patentes
Compita fert loculos ⁊ in agmina ſeminat aurum:
Ferreus ad Romę populiqꝫ negocia nunq̄ꝫ
Flectitur: et palmę ſimilis quę pondere preſſa
Altius extollit ramos: oneriqꝫ reſiſtit.
Strenuus ⁊ ſolers ⁊ frangi neſcius ira:
Propoſiti fideiqꝫ tenax: ſine munere nullos
Pro ꝟtute fugit: pro religione labores:
Quod niſi falconis quicq̄ꝫ de laudibus aufert
Liuor: ad excelſos veteꝝ ſe attollet honores:
Nec ſinet extingui gentis monumēta latinę:
Et ſua viuaci decorabit ſęcula laude:
Inqꝫ dies veſtros redijſſe videbitur ętas
Aurea: et antiquę ſurget virtutis imago.
Perpetuis igitur circūdate tempora ſertis:
Et lauros hederaſqꝫ ferat frondemqꝫ mineruę.
Hęc ait: et ridens elegos humilemqꝫ poeſim
Et caput auertens indignabunda receſſit.

¶ Finis

¶ Fratris Baptiſtę Mantuani. Tria opuſcula Da-
uentrię impreſſa Per me Richardum paſraet. Anno
domini. M.cccc.xcvj. Octauo calendas Nouēbris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 83